Quae quum ita sint et alienum esset a ratione huius loci, longas (longis enim utendum fuisset) instituere disquisitiones de re indaginis altioris, constitui, ea tantum h. l. promere, quae et satis certa videbantur et brevi poterant disputatione absolvi, sperans fore, ut quae mox proditura est editio Rigvêdae maior, certiora nos edoceat de aliis iisque permultis metrici argumenti quaestionibus, de quibus parum adhuc constat.

Versuum genus Vedicum numero syllabarum mensuratur et id commune habet cum cloco epico, quod hes versus cuiusque ultimus tantum ad certam formam

restrictus est. Numerus syllabarum pro diversitate versuum summopere variatur, dum in epica poesi antiqua duo tantum regnant versuum genera, nimirum octosyllaba et hendecasyllaba, si in quatuor partes dividitur distichon.

Differt etiam a ratione carminis epici in metris Rigvêdae hoc, quod in distichi formam saepius non coalescunt singuli versus, sed decurrere videtur carmen per versus singulos; tum hoc, quod strophae species ea, quae p. 99, p. 100, p. 102. exstat, non in quatuor hemistichia syllabarum numero paria distribui potest, sed excipit per totum carmen versus octosyllabus alium syllabarum senum denum, ita ut, si quaterni versus in stropham coguntur, pars prima par sit tertiae, secunda quartae; at haud scio, annon melius sit dicere, alternantibus versibus longioribus et brevioribus constare quodque carmen, ad stropharum formam non revocandum. Schema horum versuum hoc est:

. . . . | . . . . || . . . . | ⏑ — ⏑ — |

. . . . | ⏑ — ⏑ — |

In scandendis hisce versibus observandum est, ad versum iustum efficiendum saepius dissolvendam esse iuncturam consonantium, quarum posterior semivocalis य् vel व् est, ita ut vocalis cognata legatur pro semivocali. Sic pro आप्यं effer आपिअं, pro पात्वंहसः autem पातु अंहसः, ex quibus exemplis patefit, tum in eodem vocabulo, tum inter duo diversa obtinere hanc licentiam. Quae praeterea in textu trium istorum hymnorum propter rationes metricas emendanda sunt, in annotatione indicabo.

# NOTAE CRITICAE.

P. 1, l. l. 3-6. Versus desumti e Mudrâ Râks'. p. 48, ed. Calc. ubi hem. *c.* --पुनः पुनरपि प्रतिहन्यमानाः। *d.* ------गुणास्त्वमिवोद्वहन्ति. Mutari debuit à nostro ob diversitatem contextus त्वमिव. Exstat etiam B'artrih. II. 73.

Ib. l. 7. Coniicio: केचिदुक्तं वचो बुधैः।

P. 2, l. 3. कुतोऽपि i. e. कस्मादपि. Adverbia saepius pro casibus pronominum certis ponuntur; cf. quae dixi in comment. ad Hitop. II. p. 19.

Ib. l. 4. -सभायां. Locativus ponitur cum verbis eundi, ut h. l. si dicitur, adventatum iam esse ad locum, quo tenditur. Venit itaque anachoreta quotidie ad aulam regiam, in ea non ambulavit. At observandum est, in recentioribus libris, potissimum in hisce narratiunculis, saepius falso poni locativum cum verbis eundi pro accusativo, quum sensus sit iter in locum, non adventus in loco. cf. p. 4, l. 13. p. 10, l. 17. p. 18, l. 17. p. 32, l. 3. p. 37, l. 3. p. 44, l. 5. etc.

P. 3, l. 6. Coniunge: यद्दि-अपि, i. e. etiamsi.

» » »10. cf. Hitop. III. p. 88, l. 19.

» » »12-13. Mutuatus est noster e Manu VII, 147. ubi melius legitur पृच्छं-प्रसादं. cf. supr. not. ad p. 2, l. 4.

P. 3, l. 17. Octo hae perfectiones magicae, quae fines sunt devotionis, originem debent scholae Patang'alis. cf. dissertat. Colebrookii in Transactt. Soc. Brittann. I. 36.

P. 4, l. 2. Coniicio शक्ति.

» » » 4. Nulla est in lingua Sanscrita forma verbi activa, qua significatur, rem esse necessario futuram, utendum itaque est formis partic. fut. pass. in य, तव्य et अनीय; quae quum passivi sint significatus, subiectum enunciationis activae ponitur casu instrumentali, ut h. l. adveniendum est a te, pro tu advenire debes. Sic dicitur भवितव्यं मया, existendum est a me, i. e. esse debeo.

Ib. 12. Apodosis post enunciationem conditionalem h. l. incipit a particula तर्हि pro usitatioribus तदा, ततस्, तत्. Vid. ad Gît. Gôv. p. 109.

Ib. l. 17. Coniicio सुपदैव.

P. 5, l. 2. Silva Dandaka infestata fuit a Gigantibus, quorum unus erat Mârîk'as. Comparatio igitur haec esse debebat: infestatum fuit coemeterium istud a Larvis daemonibusque nocturnis, sicuti Dandaka a Gigantibus, Mârîk'a, aliis. At aut corrupta est scriptura, aut male rem suam dixit poeta, nam verbis मारीच° significatur, ipsum Mârîk'am fuisse in coemeterio. Scio, मारीच etiam elephantum significare, sed quum elephantis in coemeterio locus sit nullus, in gemina vocis मारीच significatione ludere nequit poeta. Ceterum ad Râmâjanam alluditur hac comparatione, aeque ac versu seq. memorato urbis Lankae incendio, quod in Râmâjana describitur; versus duo seqq. spectant Bâ-

ratnam, in quo carmine immania Bhîmae facinora canuntur.

P. 5, l. l. 15. 16. Ex Hitop. prooem. dist. 48.

» 6, » 10. वोचि corruptela est, etenim quum Sârasa avis sit aquatica, nil attinet addere, eam vivere in undis.

Ib. l. l. 14-18. Ex Bhartrihar. p. 74. ed. Bohl. qui de varia scriptura quaedam disputavit.

Ib. l. 19. Magis placeret संवृता.

P. 7, l. 3. Propter quinquenarium sensuum numerum, quorum quisque affectui amoris obnoxius est, quinque attribuuntur Cupidini Indico sagittae, quarum quae h. l. leguntur sunt nomina. Pro उन्माद्न in scholl. ad Gît. G. VIII. 1. ponitur क्षोभण.

Ib. l. l. 17-20. Legitur distichon Hitôp. II. 46. ubi दृष्टिताः pro मोहिताः et फला pro पत्र.

P. 8, l. l. 1. 2. De hisce versibus cf. comment. ad Hitôp. p. 93.

P. 10, l. 1. Facile fuisset emendatu भूयोऽपि प्रेषिता, cf. infr. l. 10. At retinere malui scripturam manuscriptam, tanquam exemplum errorum, in quos incidunt interdum librarii grammatices haud satis periti. Nam पिप्रेषित h. l. venditatur pro partic. pass. verbi cuiusdam reduplicati; sed neque intensivum, nec desiderativum esse potest पिप्रेष a rad. प्रेष, quae praeterea omnino non existit.

P. 11, l. 5. Emendandum videtur निविडा; nam विविडा vox est nihili.

Ib. l. l. 12-15. Distichon legitur Amarû Çât. 36. hac variatione. hem. *a.* वामनो pro कामिनो et प्रोन्निद्र pro

प्रोद्गत. Totum hem. *a.* in hac scriptura unum est compositum, ita in scholl. ad Am. enarratum: गाढालिङ्गनेन वामनीकृतौ खर्वीकृतौ यौ कुचौ ततः प्रोद्गिन्नौ उद्गतौ रोमाञ्चौ यस्याः सा। तथा कुचयोर्वामनीकृतत्वेन अतिशयालिङ्गनत्वमुक्तं ॥

P. 12, l. 4. भुञ्जापयति, ut जीवापयति, वर्धापयति (22, 19) et alia eiusmodi, ad vulgarem loquelam pertinent, ideoque in dialectis Prâcriticis usitatur haec caussativi forma, a grammaticis Sanscriticis non agnita. cf. Gramm. Prâcrit. p. 360. ubi explicui huius formationis rationem. भुञ्जाप° a forma temporum specialium, non ab ipsa radice derivatum est.

P. 14, l. l. 11-12. Legitur dist. Hitôp. I. 122. ubi वञ्चनं pro गृञ्ज°.

P. 15, l. l. 5-6. Fabula, ad quam alluditur, legitur Hitôp. IV, fab. XIII. at praeluditur ei aliis versibus.

Ib. l. l. 11-14. Rapta est Sita, dum maritus Râmas Gigantem Mârîc'am, dorcadis specie indutum, insequutus est; narratio est Râm. lib. III. Rex Nahus'as, superbia elatus, a Brahmanis semet portandum curavit; qui quum lentius incederent, eorum unum verberavit, meritamque luit poenam. M. B'. I. p. 114. Ad eam alludit fabulam etiam Manus VII. 41. Quae spectatur historia de Arg'una, legitur M. B'. Lib. I. Vol. I. p. 281. cuius libro II. narratur, quemadmodum Yud'is't'iras, princeps Panduidarum, omnia et sua et quae fratrum essent, ludendo amiserit. Abl. विप्रात् pendet a हरणे; mox nota dvandvam inter nomen चतुष्टय et pronomen possessivum स्व.

P. 17, l. 14. गत्वा codicis est scriptura, quam emendare debuissem in गतस्.

P. 22, l. 12. Deest sententia disiunctiva ante

व्यापादितो; certiora ignoro, utrum salvus sit maritus, an perierit.«

P. 23, l. l. 4-5. cf. Hitôp. II. dist. 38.

» 24, » 4-5. cf. Hitôp. I. dist. 110. et ad linn. 6-7. cf. ibid. I. dist. 112.

Ibid. l. 9. Accus. भार्याम् pendet a nomine उत्थापनाय, quod more infinitivi h. l. positum est. Sed licentia est, quae in scriptore tam recenti vix tolerari potest.

Ibid. l. l. 14-17. Distichon hoc tribuitur in scholl. ad Gît. Gôv. VII. 2. Bharatae, conditori artis scenicae.

P. 25, l. l. 7-12. Etiam haec disticha Bharatae ascribuntur; definire potius dicenda sunt classes puellarum amore captarum, a Bharata constitutas.

Ibid. l. 15. आलिङ्गनं करोति regit accus. मृतकं, ac si esset verbum आलिङ्गति, prorsus ut Latine dici potest, id operam dedi. Apud nostrum constructio est, quae in Sanscriticam linguam irrepsit ex idiomate Persarum hodiernorum, qui verba talia composita pro simplicibus utuntur, ex. gr. quum dicant اقرار کردن, confessionem facere pro confiteri.

Ibid. l. l. 19-20. et p. 26, l. l. 1-2. leguntur Bhartrih. p. 37. ed. Bohl. Hiatus p. 26, l. 1. च इमां licentiae poeticae exemplum est rarissimum. Conspirant tamen in ea scriptura libri.

P. 26, l. l. 17-18. वि + श्वस् et cum genit. et cum loc. in eodem hocce dist. coniungitur, prorsus ut विश्वास Hitôp. I. dist. 17.

P. 28, l. 9. Narratiuncula haec exstat iam Hitôp. III, fab. VIII. p. 98. ed. Bonn.

P. 28, l. 19. Patet e p. 29, l. 5. h. l. omissum esse vocabulum सहस्र.

P. 29, l. l. 12-13. cf. Hitôp. II, dist. 22.

» » l. l. 18. seqq. Legitur dist. Hitôp. II, 21 et Bartrih. II. 48.

P. 30, l. 15. Pro चलते usitatius चलति dicitur; debetur medium versui, uti mox l. 18. etiam पतते, et p. 43, 14. तिष्ठते.

P. 31, l. l. 13-16. Leguntur Hitôp. prooem. dist. 18. versus admodum similes, ex quibus nostri variati esse videntur.

P. 32. l. l. 6. 7. e Râm. II, XXXIX, 30. ed. Schl.

» » l. 14. Supplendum est या; alia exempla omissi pronom. relativi vide Hitop. I. dist. 54. d. 62.

P. 33, l. 4. Observa, सा eodem sensu positum esse, quo mox तादृशाः.

P. 34, l. l. 7-8. Legitur dist. haud sine varietate Hitôp. III. 138.

P. 37, l. 4. हृत, quod praedicatur etiam de Râvana, minus accurate dictum est, siquidem is non हृत, raptus, sed हत, interfectus est. Zeugma est. Hiatus अङ्ग-अति in caesura saepius recurrit. Melius scriberetur अतिदानो vel अतिदानात्.

P. 40, l. 11. Màllem legere बन्धमयालंकारः vel बन्धालंकृतः.

Ibid. l. l. 14. 15. Quod ad sensum attinet, congruit dist. Hitôp. IV. 74.

P. 41, l. 6. Locat. पार्श्वे pendet a प्रेषितः et pro accus. positus est, prorsus ut locat. cum verbis eundi, de quibus cf. not. ad p. 2. l. 4. Redde: ab illa versus venatorem missus, Vârânasin profectus est.

P. 42, l. 17. अप्राप्यमाणा, quod partic. praes. pass. est aut rad. आप्, praep. प्र, aut caussat. radic. इ, praep. प्र. hinc non quadrat, quia passivum contextui refragatur. Legendum est अप्रापुवाना.

P. 43, l. 11. Coniicio दुर्गता.

» 44, ll. 10-13. e K'âura Pank'âç. d. 50. q. l. cf.

» 45, » 9. 10. Disiecta membra sunt distichi epici, hunc in modum restituendi: इति शुकवचो श्रुत्वा भयविस्मयकारिणीं। पुंश्चलीवृन्दसंयुक्ता प्रसुप्ता सा प्रभावती॥

P. 46, l. 11. Abundat versus, quem uncis inclusi, desiderantur contra distichorr. 15. 25. 27. versus priores.

P. 49, l. 4. Purus'ôttama locus est in Orissa celeberrimus, cultui G'agannât'ae sive Vis'n'uis dedicatus, hodie Jagarnâth dictus.. cf. Stirling in Ass. Ress. tom. XV. et Bournouf in Journ. Asiat. tom. X. p. 243.

P. 50, l. 16. अभीप्सु, licet adiect. a verbo desider. ईप्स् formatum, regit accus. विघ्नं; valet hoc in universum de hisce adiectt. desiderativis. cf. Comment. in Hitôp. II. p. 111.

P. 53, l. l. 10. 11. De figura cf. quae dicta sunt ad Hit. II. p. 61.

Ib. l. 12. Subaudi स्यात्.

P. 56, l. l. 11. 12. Dativus गमनाय pendet a प्रोक्तः, accus. निवेशनं a गमनाय.

P. 57, l. 6. अहो scriptura est codicis; quam eo consilio non mutavi, ut patefieret, saepenumero confundi ab ipsis scribis indigenis regulas euphonicas; nam quum अहन् thema sit, nil mutandum est ante गतं.

P. 58, l. 5. Deest in libris syllaba et rescribi potest aut धिग् धिक् त्वा° aut धिक् त्वामस्त्वित्य°.

Ib. l. 9. Initium huius versus mendo laborat, certam emendationem in promtu non habeo.

P. 59, l. 13. अङ्गतः i. e. अङ्गात्.

» » » 16. Decem Prak'êtasae coniunctim progenitores sunt Daks'ae iuxta fabulam, quae h. l. respicitur. Aliter res narratur Mahâb'. I. v. 2574. Vol. I. p. 94. दक्षस्त्वतोयताङ्गुष्ठाद् दक्षिणाद्भगवान् ऋषिः। ब्रह्मणः पृथिवीपाल प्राचेतस्मा सुमहातपाः॥

P. 60, l. 7. नीलरा° i. e. umbrae, caligo.

## NOTAE IN D'ÛRTASAMÂGAMAM.

P. 66. l. l. 3—6. Socrus Çivae, nomine Mêna, uxor fuit Himavantis montis et filia Mêruis, montium summi; eius filiae Ganga et Uma, uxor Çivae. Ram. I, 36, 14. गौरी-चुम्ब्यमाने locativus est consequentiae, संगहि loc. loci, परिषदे loc. circumstantiae. तद्वक् ad Mênam referendum est, गौरिवक्त्र ad Çivam, in cuius fronte immanis est oculus, qui a poeta iocose cum ore comparatur. Ad सूर्यः subaudi सूर्यम्. Deus Lunus supereminet capiti Çivae, तद्वक् lin. 6. ad चन्द्रः referendum est; arridet Çivas, vultum K'andrae ridentis intuitus. Sensus est: Çivas, sacrior ceterum deus, tueatur vos, auditores, animo tam propitio, quali fuit, quum nuptias celebraret suas.

Ibid. l. l. 8—11. प्रतिमात्र° i. e. aspectus, quorum

motus variabantur (चित्रगतयः), prout singula Pârvatidos membra contemplando perlustrabant.

P. 66, l. 13. seqq. Ut intelligantur quae sequuntur, notandum est, coniunctioni यद् l. 13. respondere particulam तद् p. 67, l. 5. Coniunctio यद् exponit prodosin et facile intelliges nexum enunciationis, si omissis ceteris coniunges: यद् अथ तस्य श्री° कविता मचित्रमालम्बते - तद् - आदिष्टोऽस्मि। (p. 67, l. 12.) si quidem in mentem mihi venit poesis huius poetae, ideo praeceptum mihi est etc. Prodosis autem, quae continetur verbis inde a यदथ usque ad आलम्बते, ipsa bipartita est et more linguae Sanscriticae praemissam habet enunciationem relativam, a sententia pronomine demonstrativo indicata exceptam. Ut eius structuram explicem, primo loco observabo, distichon नाना-पङ्केरुहः quo describitur rex Narasinhas, parentheseos loco habendum esse et non bene cohaerere cum reliqua sententia. Caussa est quod, si per relativum यः coniunctum fuisset hoc distichon cum seq. a तस्य incipiente, bis in eadem sententia repetita fuisset eadem structura et iusto maior fuisset in iunctura membrorum absentia perspicuitatis. Omitte itaque distichon नाना cett. et cogita genitivum nominis नरसिंह positum fuisse loco pronominis तस्य (p. 67, l. 1.). Tum omnia bene procedant. Construendum est: यद्-नरसिंहस्य राज्ञः (l. 2.) यो (l. 3.) -तस्य श्रीकविसार्वभौमस्य कविता मचित्रमालम्बते-तद् etc. Siquidem Narasinhae ministeri *qui* [illegible] *eius* poetae Cêkâraci poesis mihi venit in mentem etc., uti supra iam expositum est.

Ib. l. l. 14-17. Pro निहत hem. 1. [illegible] valeat compositum usque ad निरीक्षित.

multorum pugnatorum. Si retinetur निरुद्ध, dvandva est huius participii cum seq. निर्जित, i. e. debellatus et obsessus multis pugnatoribus. पुरत्राण, cuius epitheton totum est quod antecedit compositum, aut significat tuta divorum domicilia, propugnacula deorum, aut propugnatores divorum; praestare videtur prius. वाहिनी antea cum seqq. coniunxi, propter insolentiam compositi in talem vocem exeuntis; at praefero nunc seiungere वाहिनी a seqq. ut finiatur primum epitheton regis hoc vocabulo: rex, cuius exercitus terrefacimt etc.

Ib. l. 15. भूमिभगरुधर, ad litteram mons terram concutiens, elephantum designare debet. Elephantorum duo sunt epitheta नृत्यत् et गिरि-दलद्, elephanti qui insiliunt et (insiliendo) dirimunt. Totum autem hemistichium secundum effecit regis praedicatum: rex, cuius elephanti cett. Tertium lin. 17. facile est explicatu.

P. 67, l. 1. cod. उपगु pro उपुरु. Cod. L. optime उरुदगउ. cf. Hit. II p. 88.

» » l. 3. दात, scissus, et अवदात, purificatus, cum छिन्न, scissus, et अवछिन्न, divisus, comparari possunt. Haec de dubitatione (संशय) dicenda et diiudicata usurpantur, illa de अवदात h. l. similiter posita esse debent. अवद proprie receptaculum est rerum liquidorum, tum intima pars rei et res quae in intima parte inest, quo fit, ut et animum designet et consilia animi intima. Propter cetera quae de Çêkʻara praedicantur, totum compositum intelligo, ut sit is homo, qui intimas rerum [illegible] secat quasi, i. e. discerpit, et purificat, i. e.

— Pro मुकुटो Cod. L. तिलको.

[illegible] rumentales qui sequuntur pendent

a ज्योतिरीश्वरेण, l. 11. quod ipsum regitur a विरचितं l. 12.

P. 67, l. 6. बन्दाह् participii more regit h. l. accusat.; nam si dissolvitur compositum, poni debet बन्दे.

Ib. l. 7. शुभंभावुक h. l. idem valere debet atque शोभ्यमान i. e. passivi caussativi sensum habet भावुक in compositione. Ac minime militat hic usus contra definitionem proponi solitam, iuxta quam भावुक intransitivo significatu adhibetur et fieri valet; exemplum mutuor a Wilsone s. v. आढ्यंभावुकः i. e. qui dives fit. Paullo latius patere tamen videtur definitio Pâninis, qui asserit III. 2. 134. 154. भावुक dici de तच्छील, तद्धर्म, et तत्साधुकारि. Accusativum regere भावुक quovis sensu docent exempla. Praedicatur itaque de poeta Çêk'ara, eius monile, quod a Suada oblatum tenet, adornari omnibus dialectorum generibus; quae laus si mira videtur, tenendum est, carpi per hancce fabulam magniloqua anteriorum poetarum vocabula, praesertim B'avab'ûtis, qui semet ipsum, uti exposui in App. ad Gramm. Prâcr., [illegible] fauces Eloquentiae, appellari gloriatus est. Cod. L. शुभं.

Ib. l. 7. Succum assae foetidae potare ex antiquissimis religionis Indicae praeceptis fuit; composito [illegible] describitur itaque homo religionis antiquae observator. Comparatur porro studium, quod in philosophia Mimansica posuit Çêk'aras, cum die festo, in [illegible] cuius quae sunt oblectamenta, etiam saltatio est. [illegible] et doreadis est genus, et vexillum; significat [illegible] speciem arboris. Hae tamen vocis pot[illegible] faciunt, quia praecedenti कास, gu[illegible]

neque arbores, nec dorcades attribui possunt. Sequens नर्तनृ°, tripudians, suadet, कन्दली h. l. positum esse pro कन्दला, sonus lenis, murmur. Murmurant enim homines preces ferentes (ञप्), et submissas preces proferre decet hominem pium, qualis est religiosus assae-foetidae potator. Redit itaque sensus totius compositi ad hoc, quod in solennitate studii philosophici saltari dicitur non ad stridentes saltationis vulgaris sonos, sed ad suavem precantium hominum murmurationem et sensus est, esse Çêk'aram et hominem pium et philosophiae studiosum atque habita fuisse ab eo haecce studia loco dierum festorum. Cod. L. -पत्तस्य.

P. 67, l. 10. महाप्रधान titulus fuisse videtur familiae, ad quam pertinuit Çêk'aras. Hereditario iure saepenumero tenebantur in India dignitates imperii, quae nota est res de eis partibus, in quibus situm fuit regnum Narasinhae. महाप्र fortasse fuit minister, qui edicta regia (प्रधान) curavit. Quae sequuntur verba quum suspecta mihi essent, varie tentaveram; pro भग्न videram legendum esse श्रोण; haeseram in शिव. Rogavi itaque Ewaldum meum, Londini nunc agentem, ut cod. Londinensem conferret; misitque vir amicissimus [illegible] que laudibus maior, totum locum e codice Londi[nensi] descriptum. Addidit benignitas Wilsonis, quo dig[nior] et doctiori concredi non potuisset provincia bibli[otheca]e nedium Indicarum administrandae, cetera quae [illegible]agina leguntur ex eodem codice descripta sui[s] ...ibus ornata. Quas iam protuli varias s... od. L. notatas, inde mihi redundar... quod attinet, hunc in modum

habet in cod. L. --श्रेणिश्रेख श्रीमत्पल्लिन्न-. Coniicit Wilso श्रेखरेण. Tum erit epitheton poetae, non vici, in quo natus erat; quod multo magis placet. शिखरेण an श्रेखरेण legendum sit, addubito; utrumque enim sensum praebet satis ad locum accommodatum. Ad vicum si refertur epitheton, haud patet, quo sensu is aut corolla aut cacumen dici possit familiae istius. Praefero पल्ली, quod vocabulum in nominibus urbium Indiae meridionalis saepius recurrit. Mox cod. L. --श्रीज्योतिरीश्रेन निन्नकुलकुतूहल° etc.

P. 67, l. 14. शिरोधरणीयं. De hac locutione cf. not. ad Gît. Gôv. I, 2. p. 70. Explica शिरसा धर्°.

Ib. l. l. 15-16. De verbis talibus denominativis videsis quae dixi ad Hitôp. II. p. 22. et glossar. Alia exempla exquisitiora leguntur Gît. Gôv. IV. 10.

Ib. l. 17. लङ्घिमगति nil aliud esse potest quam incessus, quo itur ad, qui attingit (लङ्घति).

P. 68, l. 3. Cod. नार्थिनः।

» » l. 14. Observa numerum cardinalem positum esse pro ordinali.

L. Ib. l. 15. Cod. नगरी pro नगरा।

P. 68, l. 16. Partic. pass. आरब्ध cum infinitivo qui praetum tribuit ei potestatem infinitivi passivi; nam आरब्धः est incepit fabula edi. Aliud exemplum vid. in observ. ad Hit. p. p. 75. Sed locum habere nequit sup. relatio, nisi patitur sensus infinitivi et partic. Si cui pam. p. 62. 6. Lenz. नरिमुपारब्धः।

et P. 69, l. 12. Cod. चलित i. e. चालित

spm. — l. 13. in interpret. Sanscr. o

Ib. l. 17. Cod. गुह. cf. Gram

Mox cod. मम्मह; cf. ibid. p. 198. De affixo क in मुखक p. 288. p. 475. Mox mallem: इति गायते (vel गीत्वा)। मेपथ्ये।

P. 70, l. 6. Cod. विलम्बन्तो।

» » l. 11. Cod. पुणदु; voluit पुणद्रु; sed vel sic desideratur syllaba.

P. 71, l. 12. Cod. स्फुरन्ता et in interpret. स्फुरन्ति et mox कामराजस्य.

P. 72, l. 1. मित्रा; cf. Gramm. Pr. p. 307.

» » l. 2. Cod. सीअलाएन्ति, at in interpret. शीतला जन्ति; unde restitui. Cogitavit scriba de denominat. शीतलायन्ति.

Ib. l. l. 3-4. in interpret. Sanscr. desunt.

Ib. l. 8. Cod. चिन्तामणिमाल°. Coniecturam aliam non probandam tentavi in App. Gr. Pr. p. 29.

Ib. l. 12. Cod. चेवा et l. 13. तन्वे.

Ib. l. l. 16. 17. Cod. in interpr. Sanscr. युष्मत् et पकाशितुं।

P. 73. l. 4. Cod. अनन्नए, transposito न. — मया omissum est in interp. Sanscr. — Tum cod. पोकवरणो, restitui ex interpret. iuxta gramm. Prâcr. p. 132.

P. 74, l. 1. Cod. गहन्°, l. 4. पान pro टान, et l. 5. [illegible]

» » l. 10. Cod. महिलीनिपुणउपोमन्त°. Restitui ex Sanscritus iuxta gramm. Pr. p. 285. et §. 50. विदिद l. 9. ness io an bene se habeat; quum vocabulum significet dispositus, adornatus, fortasse etiam *comtus* valere potest. Certum est comparari capitula columnarum cum [illegible] quodam capillorum.

[illegible] 12. De चलिआ cf. gr. Prâcr. p. 205.

[illegible] 1. Numerum peccat nomen Mrităngârie [illegible] gn II. 31. 32. traditajo: मङ्गल्य [illegible]

स्यात् क्षत्रियस्य बलान्वितं। वैश्यस्य धनसंयुक्तं शूद्रस्य तु जुगुप्सितं॥ शर्मवद्ब्राह्मणस्य स्याद्रक्षासमन्वितं। वैश्यस्य पुष्टिसंयुक्तं शूद्रस्य प्रेष्यसंयुतं॥

P. 75, l. 17. Cod. इछदि. Deest huius loci interpret. Sanscr. in cod. Utitur de magistro discipulus plurali maiestatis et cur pedes ponat pro toto homine, ex superioribus constare debet.

P. 76, l. 7. Cod. सप्रसारति.

» » l. 19. प्रतरणस्य° i. e. ut taceam ientaculum; ut silentio praetercam rem minoris momenti. Similis significatus vocabulum कल्पवर्त eodem sensu ponitur. Sic Mṛĭk'ăk. p. 119, 2. infr. इत्थीकल्लवत्तस्स कारणेण उहअंपि संसए विणिक्खित्तं, utrumque (famam tuam et temet ipsum) periclitatus es ob caussam feminae, rei haud magis aestimandae quam ientaculi; p. 287, l. 10. अत्थकल्लवत्तकारणादो, ob divitias, rem despicabilem. Et alia eiusmodi.

P. 77, l. 2. Cod. न, contra metrum, et कुलीम, omisso न.

Ib. l. 7. Cod. महाणणं; verum praebuit interpr. Sanscr. Pro मेक्खिअ cod. मेहिअ, quae vox nihili est; in interpr. Sanscr. संगम्य. De ह pro ह cf. gr. Pr. p. 129. p. 146.

P. 77, l. 17. — 78, 2. In hoc loco, qui Sanscritice conversus in margine non legitur, nil mutavi, nisi quod हन्त scripsi pro हन्तु. de ए pro अ cf. gr. Pr. §. 36. De cett. cf. glossar.

P. 78, l. 1. णं non reddidi per ननु, quia haec particula initio vel prope initium sententiae [illegible] solet; [illegible] retuli ad Suvataprijam, sed fa[illegible] etiam mihi esse scripturam: malleni nū.

Ib. l. 9. योजना etiam in interp[illegible]

accepit itaque interpres pro instrumentali. At patet, ex mente poetae sciungendum esse मोक्षे ण, i. e. मोक्षे न. Ex quatuor rebus appetundis duae धर्म et मोक्ष reiiciuntur, tertia, अर्थ, appetitur, quia quartam, काम, suppeditat.

P. 78, l.l. 20. 21. desunt in cod.

P. 79, l. 14. Cod. वटिका.

» » l. 15. Cod. संज्ञीवक्ष्रीमन्यय. Quid sibi velit क्ष्रीम, nescio; coniicio ortam esse corruptelam loci e glossemate primum superiuscripto, posthac in textum illato.

Ib. l.l. 18-20. desunt in cod.

P. 80, l. 7. Incertus sum, utrum जिज्ञि, an जिज्ञे in cod. legatur. cf. gr. Pr. §. 94, 8.

Ibid. l. 14. क्षाम, emaceratus, venditatur pro part. pass. rad. क्षे. Utut derivatio sese habeat, de significatu dubitatio nulla est; genae emaceratae dicuntur et in कटकटा latere videtur caussa vel locus maciei. कट s. कटि s. कटी significare potest cavitatem temporum, sed de elephantis tantum usurpatur; transtulisse tamen hoc vocabulum in homines posset poeta et facile pro कटी scribi posse कटा apparet. Credendumne itaque est कटा sive totus कटी esse partem genarum? कट adiectivum multos [illegible]. At valde incerta est haec explicatio, et multo magis placet alia, iuxta quam कटकटा nomen sit onomatopoeticum, pulsationem, fricationem, frendorem designans. Quae coniectura summopere confirmatur loco [illegible]los, ubi verbum denominativum कटकटायति legi[illegible]um a कटकटा more caussativi radicis in शा. [illegible]XXV. 1. ed. Schl. ततो निर्घृण सहसा शिरो नि[illegible] [illegible]णो विनिष्पिष्य दन्तान् कटकटाय च ».

P. 80, l. 20. Deest in cod.

P. 81, l. 1. ब्रूम cod. ita ut imperativi sint; at flagitat metrum ब्रूमः, ex licentia poetica omissus est spiritus finalis in कर्वाम et praesenti positum est utrumque verbum.

Ib. l. 3. in cod. tribuitur discipulo, omisso nomine Viçvanagarae.

Ib. l. 6. De ग्राम् hoc sensu addito cf. comm. in Hitôp. p. 86.

Ib. l. 8. seqq. interpret. Sanscr. deest usque ad p. 82, l. 11.

Ib. l. 12. De तिष्ठ्दु cf. gr. Pr. p. 197.

Ib. l. 15. Legendum puto सहैव गम्यतां ; nam discipulus solus Anangasênam invisere cupit.

P. 82, l. 10. Cod. लह्यीं; sed talia menda enotare operae non est pretium.

Ib. l. 13. सोहा om. cod. restitui ex Sanscriticis. De सुन्देर cf. gr. Pr. p. 125.

P. 83, l. l. 1-4. hem. 3. cod. [illegible] et hem. 4. कथमत्य°. Patet, tres esse prodoses per यत् indicatas, ab apodosi hem. 4. प्रायस्त् exceptas. In prima prodosi verba नेत्र--लक्ष्मिमाय adverbialiter accipienda sunt, si dissolvitur compositum: quia nymphaea vultus arridet ad modum coninunctionis i. e. tali modo, ut coniungantur inter se intervalla, quibus dividitur collyrium oculis illatum. Solum hoc est exemplum mihi notum adiectivi in मय a nomine in इमन्. Tertia prodosis continet verbis यत्-गोपायति. Emendo गोपयति, verb. der[illegible] Notum est ex Hitôpadêça aliisque libris, [illegible] admodum addictas fuisse pasturicias [illegible]

गोपीयति est lascivit, illecebrat. आलोक्य ad Anangasênam refer; »dum intuetur corpus suum.« मदावेड्डित° epitheton est vocis तनुलतां ita explicandum: corpus, cum quo consociatio indicata est per meam conditionem, i. e. consociationem me desiderare indicat conditio mea. Putat nimirum Vicvanagaras, Anangasênam, quae in eo signa amoris deprehenderat, simili affectu agitari. अङ्के hem. 4. ad Anangasênam refer. Nexus orationis hic est: quia Anangasêna arridet et illecebras facit, conspectis in me signis amoris, ideo significat animum sibi esse ad amorem promtum.

P. 83, l. l. 7-10. lin. 8. Cod. नवान°. — l. 10. माङ्गेप°. Comparantur hoc disticho singula puellae membra cum rebus, quae in adoratione dei Amoris usurpantur, aqua e fonte sacro, flores nymphaeae, herbae, fructus, folia, quae omnia deo offeruntur, denique rosarium, quo utuntur Indi in precando. Dicit ideo Vicvanagaras, velle Anangasênam Madanam sive Amorem adorare oblatione eorum istarum rerum; sed suorum membrorum. Plana sunt omnia praeter तत्तत्तत्वं, quo vocabulo rosarium diei coniicio. Appellari id solet अक्षमाला, corolla granorum Eleocarpi, e quibus conficiuntur rosaria. चय, multitudo est, अक्ष granum est, idem valet यत्न, et तत् extensum significat, ita ut multitudo granorum extensa sive per filum disposita ex hac coniectura dicta sit pro rosario. Id tantummodo restat sciendum, cuius coloris grana ista.

[illegible] l. 11. Cod. लम्बीक्य, l. 12. त्रयः pro तयः et [illegible]

[illegible] usque ad पतिव्रता desunt in cod. In

interpr. Sauscr. inserendum est तस्मात् ante निवर्त्यतां, pro quo in cod. legitur निवृत्तो भव.

P. 84, l. 3. मोक्कक्कमेपरा° cod. et mox मन्नतएणा. cf. gr. Pr. §. 77, 2.

Ibid. l. 5. insere ता ante निम्मत्तो

P. 85, l. 12. वत्थुं नन्वपि verba sunt h. l. sensu cassa. In priori distichi dimidio dictum est, homines vere pios in via salutis contemplanda totos esse occupatos, abiecto omni rerum externarum studio; contrarium de deis (intellige inferiores), meretricibus, monachis asseritur. वस्तु etiam de rebus externis, in quibus versantur sensuum affectus, usurpatur atque in hoc vocabulo corruptelam non latere apparet; depravata sunt verba नन्वपि. Reficiendus est fortasse hunc in modum locus: वस्तून्यन्वपि; attrahuntur ab amore, odio et studio sui versus res externas. Notum est, अनु cum accusat. poni.

Ibid. l. 17. Cod. अम्म. Deest loci huius interpr. Sanscr. De एणं cf. gr. Pr. App. p. 69.

P. 86, l. 6. मलूर in margine explicatur per श्रोपालं. Cod. त्यात्यरं, in marg. खपउशः, ceteris Sanscritice non redditis. Formam vocis Sanscriticam ignoro.

P. 86, l. 9. पलिद् alias Prâcritice audit पडिद्. cf. gr. Pr. §. 38. et §. 39, 2.

Ib. l. l. 20-23. desunt in cod.

P. 87, l. 9. ततोऽपि i. e. तस्मादपि, sc. श्रेष्ठं। Nam saepius hoc modo construitur superlativus, ut iungatur cum ablativo ob sensum comparativi, qui simul in eo inest. Optimum etiam melius est rebus ceteris.

Ib. l. 10. नास्तु ad seqq. pertinet et antecedens sententia continetur verbis भोत्तनं वान्तु वा, in quibus abun-

dat वा alterutrum. Ut breviter expediam, lege भोजनं नास्तु वा.

P. 87, l. 15. Cod. मद्राम° et l. 16. तस्माद् pro यःस्याद्.

P. 88, l. 1. निर्विकल्प genus est contemplationis, समाधि, de quo docte disseritur in Sancara Friderici Windischmanni p. 24. Sensus est: animo tuo fove istud assiduitate atque intentione contemplationis talis.

Ib. l. 2. Observa vocalem ऋ a poeta metrice habitam fuisse pro रि i. e. pro consonante per र् efferendam. Vocalis ऋ Sanscritica evanuit iam in linguis Prâcriticis. cf. gr. Pr. p. 114.

Ib. l. 4. Melius scribitur वि; cf. gr. Pr. p. 188.

Ib. l. 7. Pro तं in interpr. Sanscr. melius fortasse scribitur तत् sc. ब्राह्मणं, cuius epitheton धनविलयं esse potest. Si तं ponitur, धनविलयं substantivum est.

Ib. l. 10. सम pro स्सम licentia est poetica minime inaudita; cf. gr. Pr. p. 283. at non magnopere placet significatio vocis et aliis melius quid inveniendum relinquo.

Ib. l. 11. Cod. टूअ pro तूअ et in marg. टूत; absurde. cf. gr. Pr. p. 282. De कौला vid. ibid. p. 205.

P. 89, l. 17. Deest च in cod.

» » l. 21. deest in cod.

P. 90, l. 1. Deest interpret. Sanscr. et huius loci et sequentium usque ad p. 91, l. 8.

Ib. l. 8. Cod. पणिवीअदु, in marg. नीयतां, unde restitui.

Ib. l. 10. Cannabi, varie praeparata, utuntur Indi, et alii Orientales pro aphrodisiaco et omnino pro incitamento magnae virtutis. cf. Kaempfer. Amoen. exot. p. 645. p. 652.

P. 91, l. 2. Cod. अमदीं दाईं, quibus verbis ascriptum est in marg. अमतिं दयितां. Voci अमति hae attribuuntur a Wilsone significationes: ignorantia, luna, tempus, fraudator. Quarum nulla huc quadrat; sed saepius iam nugantem invenimus glossatorem nostrum. अ pro च notum est. Gr. Pr. p. 192. In दाईं haereo; nam contractionis talis exemplum aliunde non indagavi. Veram emendationem eruere non contigit.

Ib. l. 15. Cod. अभिलिखेति; delevi इति, opinatus, discipulum scribere iussisse Asag'g'âtimiçram; sed falso; nam scribit ipse; vid. p. 90, l. 17. Vera scriptura est अभिलिखति et verba non sunt rabulae, sed nota poetae scenica.

P. 92, l. 2. वाहिनोरू Cod.

» » l. 6. Cod. विका pro विकच, et in fine काम्यरू, omissis syllabis भूति.

Ib. l. 7. pro कराताताऱ् cod. कमात् contra metrum et sine sensu. Tum -कान्तातिशीतं; sed absurde hoc referretur ad ताप, nec multum lucramur, si adverbialiter accipimus; nam tum non habet ablativus कराताताऱ्, quo referatur.

P. 92, l. 11. Alluditur ad fabulam, quam ignoro.

» » l. 18. seqq. Desideratur in cod. interpr. Sanscr.

P. 93, l. 1. Cod. सणादे; sed Mâgad'ica non est loquela et सिणाणा praecipit grammaticus Gr. Pr. p. 267.

Ib. l. 12. De ए terminatione nom. sing. neutr. Mâgad'. cf. Gr. Pr. §. 156. §. 164, 14. Formas Mâgad'icas ubique posui; incerta fluctuat scriptura manuscripta.

Ib. l. 13. पत्यन्ते falso in margine explicatur per

प्रार्थयतः। Cetera Prâcritica, tribus quatuorve vocabulis singulis exceptis, Sanscritice non convertuntur.

Ib. l. 15. राअदोहाइं; de forma cf. Gr. Pr. p. 129. Ad sensum quod attinet, sciendum est, ex lege Indica a debitore, qui debitum negat, solvendam esse regi mulctam duplicem. Manu VIII. 139. ऋणे देये प्रतिज्ञाते पञ्चकं शतमर्हति। अपह्नवे तद्द्विगुणं तन्मनोरनुशासनं॥

P. 95, l. 4. पलिक्ख° in margine explicatur per परिक्षियमाणा.

Ib. l. 5. किणा. Nova haec est instr. Prâcr. forma, decurtata e किणा. cf. Gr. Pr. §. 106, 3. पइहि° ita explica; e praes. प्रयहति formatur partic. necessitatis प्रयहितव्व Prâcritice; syllaba य dein in इ contracta est. cf. Gr. Pr. indic. III. s. v. Samprasâran'â.

Ib. l. 15. Cod. क्रुट्यतीव.

P. 96, l. 2. Cod. हुइ pro हु तुह, superinscripto भुज. Absurde.

---

## NOTAE IN HYMNOS VÊDICOS.

P. 97, l. 1. उदु i. e. उद् उ। Iam dudum observavi, in dialecto Vedarum seiungi praeter consuetudinem linguae classicae praepositiones a verbo, ad quod pertinent, aliis vocibus interpositis. cf. comment. in Hitôp. p. 69. Exempla frequentissima sunt in hymnis nostris. उद् h. l. pertinet ad अस्थुर्. Sic mox उद्-अपप्तन्. Etiam cum casibus nominum multo saepius construuntur prae-

positiones in lingua antiqua, quam apud seriores. Interdum bis ponitur eadem praepositio, primum ante verbum, secundo loco in nova sententia non repetito verbo; cuius structurae exemplum infra legitur p. 98. l. 9. सं यन्तासश्चरन्ति यं, सं वान्तासः, ad सं alterum supplendum est चरन्ति. Apte comparat *Rosenius* usum Homericum, ex. c. Od. V, 265. 267. Cum usu Vêdico consentit etiam lingua Zendica, quae et seiungit praepositiones a verbis, et cum nominibus eas construit. De particula उ plura congessi ad Hitôp. p. 6. Nostro loco per *iam* reddi potest. Et उ particula et praepositiones separatae haud semel leguntur in fragmento, quod Rosenius in notis exhibet: उद् उ ष्य देवः सविता ययाम हिरण्ययीममतिं यामशिश्रेत्। नूनं भगो हव्यो मानुषेभिर्वि यो रत्ना पुरुवसुर्दधाति॥ उद् उ तिष्ठ सवितः श्रुध्यस्य हिरण्यपाणे प्रभृतावृतस्य। व्युर्वी (R. व्युर्वी) पृथ्वीममतिं सृजान आ नृभ्यो मर्तभोजनं सुवानः॥ Latine convertit Rosenius: Sursum ille divinus Sol agit auream formam, quam tollit (potius induit); nunc venerabilis invocandus est ab hominibus, qui divitias locuples dispertitur. Exsurge, Sol; audi hanc matutinam precem, aurimane, magnam, grandem formam exhibens, hominibus humana dona tribuens.« Iunge उद्-ययाम, वि-दधाति, उद्-तिष्ठ, वि-सृजानः, आ-सुवानः. ष्य pro स्य; nam encliticum est apud vetustos hoc pronomen et स् suum mutat in ष्, si praecedens vocabulum in aliam vocalem, quam अ s. आ, desinit. — न in hymnis Rigvêdae sexcenties ponitur sensu comparativo. Rosen. reddit: aquarum non (verae undae, sed *quasi*) undae lucentes.

P. 97, l. 2. R. कृ ad normam class. Vtae inflexa saepissime recurrit in hymnis, ut Zendice *kĕrĕnaoiti*.

Neutra in vetusta dialecto abiicere possunt term. nom. voc. et acc. plur. नि, hinc विश्वा pro विश्वानि etc. cf. Ind. Biblioth. III. p. 74.

P. 97, l. 4. दृक्षे scholiastae est pro दृश्यते eumque sequutus est Rosenius. Est potius 2. sing. perf. red. med. sive pass. adiuncta terminatione से sine intercalatione vocalis इ. उर्विया recurrit infra l. 9. ubi per accus. explicuisse videtur scholiastes; falso haud dubie. Invenio ap. Pâninem VII, 1, 39. dici उर्विया pro उरुणा; mihi उर्विया esse videtur pro उर्विआ, hoc pro उर्व्या, prorsus uti in versibus interdum efferendum est मर्तिअ pro मर्त्य. उर्व्या instr. fem. est et adverbialiter positum opinor, *late fulges*. Nam nescio, cur विभासि a Rosenio per fulgens reddatur, quasi esset fem. विभासी, quum multo simplicius sit, verbum intelligere 2. sing. praes. act. Haud minus placet infr. l. 9. explicare per late celebratam. — अपप्तन् pro अपपतन्, forma aor. redupl. cuius exempla multa in hymnis nostris leguntur. cf. infr. p. 98, l. 4. अप्तन् pro अपतन्.

Ibid. l. 8. सीं acc. fem. est pronominis, cuius nom. fem. usitatus est सा; apparet in antiqua lingua aliam praeterea formam fuisse सी. — अरुणासस् nom. plur. masc. forma in Vêdis frequens. cf. Pân. VII, 1, 50. — गावः per *radii* reddidit Rosen ex interpretamento scholiastae अरुणयो गावः, qui oblitus est, pluralem in आसस् masculini esse et laudari infr. 98, 1. *boves*, tanquam iumenta Aurorae. — प्रयानं. Edoctus sum a Rosenio, saepius poni in Rigvêda partic. med. in आन sensu passivo.

Ib. l. 10. अत्रिरो serius अचिरं. Ros. Quod si verum est, अत्रिरस्, brevi tempore, proprie valuit sine longaevi-

tate, et जिर्स् forma est inusitata pro जर्स्, *senium*. — Ausus sum scribere वोल्हाः, caussam indagando impar, ob quam abesse possit Visarga. वोल्हा est pro वोढा ex regula, quam hisce verbis docebit Rosenius: per totum Rigvêdam, tam in carminibus, quam in libris soluta oratione scriptis, mutam lingualem ड, si vocalis eam praecedat et vel in eodem vel in proximo verbo vocalis eam sequatur, semper in ल mutatam videmus. Ut autem ड mutatur in ल, ita ढ in ल्ह; dicitur enim दृल्ह pro दृढ etc.« वोढ participium est a r. वह्, veluti infin. वोढुं pro वाढुं. Vid. annot. meam in Sankhya Kar. dist. 5. p. 25. et fem. वोढा exercitum significat, ut eiusdem originis vox वाहिनी. — अस्ता, iaculator. Addit Rosen: »Amant hanc introducere imaginem. Ita in hymno in Indram. VII, 8, 22. अस्तेव सुप्रतूर् लायमस्यन् भूषन्निव प्रभूर् स्तोमगस्मै। i. e. iaculatoris instar, qui acutam sagittam emittit, ornans quasi effer hymnum illi (Indrae). Et in hymno in Agnim, IV, 5, 4. स इद्धू अस्तेव प्रतिधाद्गिपिध्यन् शिशीत तेजो ऽयसो न धारां। »Ille iaculatoris instar induit (radios), iaculaturus exacuit splendorem (suum), ferream quasi sagittam.«

P. 97, l. 12. अवाते. Rosen: in saltibus et in inperviis (locis). Scholiastes itaque अवाते pro locat. sing. subst. gen. neutrius habuit et a वा, *ire*, derivavit. Mox अवाता explicatur per invicta et ad Aûroram. refertur; idem h. l. statuere malo.

Ib. l. 13. सा i. e. सा त्वं, ut infr. p. 98. l. 7. स = स त्वं. — अध्वे i. e. दर्शनीये. Schol. Rad. ऋप्. — इषयध्यै i. e. एषणीयैः Schol. Hinc Rosen: exoptatas opes. Longe aliud tamen suadet testimonium Pâninis, qui hanc formam infinitivo tribuit. cf. Ind. Bibl. III. 102. Radix इष् in Vedis saepe

ponitur sensu edendi et in schedis Colebrookii nomen इष्, instr. इषा, *cibus*, enotatum invenio. Sensus est: affer nobis opes ad fruendum, ut eis fruamur. Eodem modo infra p. 99. l. 3. Agnim cibos rogant.

P. 98, l. 1. आवहेव, fac ut invehas. — शोचमनु iuxta desideria nostra. cf. शुषाण: p. 102, l. 12. gratum habens, et Zendicum zaos'a, voluntas, huzaos'a, bene favens. Burnouf Yaçn. I. p. 581. et Vendid. S. p. 126, ed. Burn.: it'ra frak'arĕnti paçvaç'k'a --+ hvãm anu us'tim zaos'ĕmk'a, i. e. ibi proveniunt pecudes -- iuxta (cuiusvis) voluntatem et desiderium.

Ib. l. 2. इ, cuius antiquior forma य in Rigvêdae hymnis interdum legitur, pronominibus subiungitur, prorsus ut γε Graecorum. — दर्शता, schol. दर्शनीया. Optime alio loco comparabit Rosenius potestatem affixi Graeci ετ-ος in Homerico ἀριδείκετος. Addo etiam hanc notam Rosenii: Coeli filiam saepe Auroram appellant: ita V. 1. 6. एषा स्या नो दुहिता दिवोजा क्षितीरुच्छन्ती मनुषोरनीगः। या भानुना रुशता रुश्यास्वञ्जाभि तिरस् तमश्चिदक्तून्॥ i. e. Illa haec filia coeligena nos, genus humanum illucescens, suscitat, quae luce rosea per noctes conspicitur, spernens tenebras atque stellas.« Nimirum quum haec scripsit, तिरस् per तिरस्कुर्वन्ती cum schol. explicuit Rosenius; postea veriorem rationem assequutus est. तिरस् praepositio est, accus. regens, sensu *trans*, *per*, et derivanda a तॄ, traiicere, ut supra तिरस् a तॄ. Sic in exemplis ad h. l. laudatis: तिरः पुत्र चिद् अश्विना रजांसि-एह यातं, i. e. per tenebras multas huc venite, Açvini (एह = आ-इह); et: य ईङ्खयन्ति पर्वतान् तिरः समुद्रमर्णवं महिरग्न आगहि, i. e. veni Agnis cum Marutis, qui trans mare undosum nubes

propellunt. Rosenii ipsius haec est explicatio. Ut Latinum trans, ita cognatum est Zendicum *tarô*, ut in loco Yaç. Not. LXVI. et ap. Burn. Journ. d. Sav. 1837. 276.

P. 98, l. 4. -ते pendet a व्युष्टौ. -चित्, ut iam पुत्र चिद्, in hymnis suffigitur nominibus et vim eis addit indefinitam; redde: vel aves evolant, per magnas quidem tenebras. Proprie nom. est sing. neutr. thematis pronominalis चि, cuius nom. mas. चिस् audit. चि autem alia forma esse videtur thematis च, ut interrog. क aliam formam habet कि, unde nom. masc. Vêdicus किस् et neutrum vulgatum किं; nescio, an in Vêdis legatur neutrum कित्, dum कस् nom. masc. est vulgatus, कत् contra obsoletum est neutrum. k'is nom. masc. exstat in Zendicis *naêk'is*, non ullus, et *mâk'is*, ne quis; neutrum Zendicum legitur Vend. p. 42. ed. Burn. ubi recta verborum separatio haec est: *kâ ahmâi açis ĕrĕnâvi: k'it ahmâi g'açat âyaptĕm* i. e. quae ei benedictio debetur (cf. ऋण); quid ei venit acceptum. cf. praeterea, quae disputavi ad Hitôp. p. 108.

Ibid. पितुभाजो, cibo fruentes; पितु, cibus. Schol. — व्युष्टि haud dubie idem est ac व्युष्ट, diluculum.

Ib. l. 5. अमा सते, prope versanti. Ablegat Rosenius ad Manum IV, 94. ubi exponitur efficacitas precum Aurorae oblatarum. — दाशुषे dativus est a themate दाश्वस्.

Ib. l. 7. वक्षि a वह् iuxta class. 2dam pro usitato वहसि. — De आनुषक् variae sunt scholiastarum indigenarum opiniones. Explicatur aut per आ समन्तात्, undecunque, aut per निरन्तरतया अनुषक्तं यथा. Posterior interpretatio magis consentit cum origine et cum sensu vocis आनुषङ्गिक, i. e.

inhaerens, adhaerens, necessario consequens, proportionalis. Videte itaque, utrumne valeat *pro rata parte*.

P. 98, l. 9. अवस्यवः a अवस्यु adiect. formatum ex antiquo nomine अवस्, *gloria*, per affixum यु.

Ib. l. 10. उत particula h. l. et saepius in Vêdis continuativa est et transitiva, ut *utâ* in veteri lingua Persarum. cf. Die altpers. Keilschrift p. 97. Eodem sensu mox legitur अध, quod affixo tantum consonanti ab अग differre videtur, et aeque atque उत excipitur a स्म.

Ibid. ज्ञनिष्ट 3. sing. aor. med. a schol. enarratur per अज्ञनिषातां; nimirum अग्णी ei dualis est. At nullo modo poterit ज्ञनिष्ट ad dualem trahi et miror explicationem istam, quum अग्णी fem. etiam in seriori lingua exstet. Augmentum अ saepe in Vedis omittitur.

Ib. l. 11. अध्वर् aliis locis enarratur per incolumis ab अ priv. et ध्वृ, incurvari.

Ib. l. 12. दुर्गृ° दुस् in lingua recentiori verbis non praefigitur; गृभीयसे forma est passivi a lingua recentiori aliena. ग्रभ् antiqua est radicis ग्रह् forma, cum qua Rosenius apte comparat Persicum گرفتن et Germanicum *greifen;* Gothicum est *greipa*, part. *gripans*. Adde Graecum γριπεύς, γριπεύω, γρίφος, Zendicum *gĕrĕw*, part. *gĕrĕpta* et nisi fallor Latinum *rapere*.

Ib. l. 13. दग्धासि videtis sensu esse praesentis positum. Comparatio haec est: vastat Agnis silvas earumque frondes, veluti pecus pascua depascitur. At verbum quod ad ignem quadrat, दह्, de pecude dici nequit, nec dixit antiquus poeta, quum casum mutaverit et यवसे, non यवसं posuerit. Videtur itaque aliud ver-

bum cogitatione esse supplendum, locativum regens, ut वर्तते, veluti in pascuis versatur pecus.

P. 98, l. 15. यद् i. e. यदा. Schol. cf. nott. ad G. G. p. 108. — ईम् acc. est masc. them. इ, a quo derivatum neutrum इदम् i. e. इद्, adiuncta particula अम्, vulgatum est. Longam vocalem, quae in masculino offendit, tuentur codices etiam aliis in locis; quod docuit me Rosenius ea de re rogatus. अह eodem modo pronomini suffigitur, quo ह; alia exempla non cognosco. Convertit Rosenius: »quum semetipsum adflat sub divo ignis, veluti faber, excandescit tanquam coram fabro.« ध्मातरी loc. est pro ध्मातरि, producta vocali finali ob metrum, nisi fallor. cf. mox अभी pro अभि, infra अवा pro अव et alia eiusmodi. Eadem res in lingua Zendica observari potest, licet versibus non condita sint quae Zoroastro attribuuntur verba. De rad. श्री cf. ad p. 101, l. 15.

P. 99, l. 1. द्वेषोयुतो acc. plur. est them. -युत्. Compositum est vocabulum e द्वेषस् n. inimicitia, odium, et rad. यु, iungere. द्वेषस्, ut अवस् et permulta alia vocabula dialecti veteris. — तुर्यां i. e. तरेयं. Ablegat Rosenius ad Pânin. VII. I. 103. Ad sensum haud dubie recte. Ad formam quod attinet, dubito, utrum dicam तुर्यां esse 1. sing. pot. rad. तॄ inflexae ad normam class. II. an ponam formam esse antiquam 1mae sing. act. precat. यां pro यासं. Nam quum tertia persona sit यात्, 2da यास्, prima in यां nil haberet quo offenderet. Precativus ab origine est potentialis aoristi. Insolitum est hoc, quod vocalis ॠ extra vicinitatem consonantis labialis in उर् transeat, et quod non उर् facta sit. Simplicissima esset ratio, si paterctur contextus, तुर्यां derivare a त्वर् cl. II. pot.

P. 99, l. 2. Iunge अभी-आभर्. — सहस्व vocat. est them. सहस्वत्, i. e. सहस् aff. वत्. Nomina hoc affixo praedita voc. sing. masc. Vêdice formant in वस्. cf. Pân. VIII, 3. 1. सहस्व itaque est pro सहस्वः।

Ib. l. 3. क्षेपयत्, पोषयत्, भुवत् a scholiastis dicuntur esse *Lêt'*, de qua forma vide quae olim dixi in biblioth. Indic. III. p. 83. Tria tamen quae h. l. leguntur exempla, vix eo nomine dicenda sunt. Saepenumero per vetusta haec carmina tempora praeterita minoris gradus, imperfectum et aoristus, usurpantur sensu precandi et optandi, omisso augmento अ. क्षेपयत् itaque et पोषयत् nil sunt nisi imperfecta; भुवत् aor. est pro भ्वत्, ut भिये pro भ्ये, भुवे pro भ्वे. Forma Zendica *bvat'* saepius legitur, ut Vend. S. 124. Reddit versum Rosenius: »is propulsato (hostes), is (nos) nutrito, estoque ad cibi impetrationem (adiutor). Itaque sis in proeliis nobis auxilio.«

Ib. l. 5. Haereo in अघृणे, quod Rosenius reddit per *radians*, dum Wilso s. v. ponit, घृणि radium significare. अ privativum si praefigitur, sensus oritur contextui contrarius, alio tamen sensu, quam privativo, अ vocibus praefigi non solet. Difficultatem solvere nequeo. नव्यसी fem. a नव्यस्; quae forma adiectivi insolita est. Suspicor नव्यस् comparativum esse adiectivi नव, posito affixo यस् pro ईयस्; aut per licentiam contractum est नवीयसी. Audacioris foret, rescribere नवीयसी et घृणे pro अघृणे, quia tum caesura divideretur सुदुतिर् in सु। दुतिर्.

Ib. l. 6. तुभ्यं श्रय्यते contra metrum est, quod postulat ∪- ∪- | Restituitur legendo तुभि श्रय्यते et sic a vetusto

vate dictum fuisse suspicor. Scio equidem, hanc formam prorsus inauditam esse in lingua recentiori, at vel propter hanc causam oblitterata esse potest genuina poetae manus. Nemo non videt, तुभि esse Latinum *tibi*. अम्, sicuti, इ, घ, अह, affigitur formis pronominum variis, ita tamen, ut pars vocis ipsius habeatur, non additamentum encliticum, ut ista. स्म vel arctius cum thematis pronominum coalescit, siquidem ei subiunguntur terminationes, ut in अस्मै, ceteris. Olim minus arcte cohaesisse अम् cum casibus pronominum, apparebit e loco p. 100, l. 16. ubi efferendum est तुभ्रं pro त्वं. Si removetur suffixum hoc अं, oriuntur verae et antiquae pronominum formae, uti इदू pro इदं, यू pro यू-य्-अं, वे pro वयं etc.; वे nomin. plur. masc. pronominalis est a themate व.

P. 99, l. 7. अवा i. e. अव. cf. supra ad p. 98, l. 15. De तुप् apponere liceat notam Rosenii: तुषते apud Yaskam (Nigh. II. 6.) inter verba desiderandi occurrit. Saepe usurpatur de Diis, mortalium preces vel sacrificia benigne excipientibus. Ita in hymno in Agnim III. 8. 15. तुपस्व नः समिधं जातवेद आ च देवान् हविरद्य वक्षि। i. e. »Libens excipe nostrum sacrificium, dives, Deosque hodie ad oblationem adduc.« — वातयन्तीं i. e. वातं अनु मिङ्न्तीं. schol.

Ib. l. 8. बधूयु, feminae appetens; desiderativum nomen, a बधू per suffixum यु deductum. Vid. Pânin. VII. 2. 170. Rosen. अस्मयु, nostri amans, infra p. 100, l 16. त्वायु, tui amans, eodem affixo utuntur.

Ib. l. 10. वितृ, tutor sine guṇa a radice वि, ceterum mihi ignota. वे inter radices legitur et eundem

tutelae sensum in Vêdis praebet. Ad वि pertinent वेनु p. 100, l. 11. et वेषि p. 101, 13.

P. 99, l. 11. Ob metrum effer वरेणिअं. — धीमहि a धी meditari, unde धी, meditatio, mens; quae in catalogis legitur radix ध्यै, forma est in lingua recentiori sola usitata.

Ib. l. 12. प्रचोदयात्. Alia forma est temporis *Lêt*, ad quam hoc nomen restrictum vellem; est enim potius modus peculiaris, posthac in Sanscrita lingua obsoletus, qui, uti olim iam explicui Ind. Biblioth. III. p. 83, respondet formatione sua coniunctivo Graecorum. Huius modi duo nota nunc sunt tempora, praesens et imperfectum, alia fortasse posthac indagabuntur. Discrimen inter indicativum et coniunctivum positum est in vocali terminationibus personalibus praemissa, quae in coniunctivo etiam extra primas personas आ est. Per hymnos nostros haec leguntur exempla: 3. s. imp. प्रचोदयात्, qui duceret, i. e. ut ille *duceret;* वनाति 3. sing. praes. utinam is opes nobis administret; multa alia in opere Rosenii maiori in lucem prodibunt.

Ib. l. 13. Effer metri caussa पुरन्धिआ. — Docet nos Rosenius ad h. l. वाज cibum significare et verbum inde derivatum वाजयति sensu desiderativo poni, ut in hoc versu: तं त्वा वाजेषु वाजिनं वाजयामः शतक्रतो। »Eum te, cibo abundantem, cibi caussa imploramus Çatakratus.« — पुरंधी a scholiasta enarratur per स्तुत्या प्रज्ञया. Est, ut Rosenius alio loco docebit, a rad. पृ, implere et substantivo धी, sapientia, et significat adiectivum, quidquid sapientiae plenum, nomen si est, et hymnum et mulierem cordatam. — भगस्य भजनीयस्य schol.

P. 99, l. 15. नरा scholiastae est कर्मणां नेतारः. Addit Rosenius locum huncce: स्तुषे नरा दिव्यो अस्य प्रसन्ताश्विना हुवे जरमाणो अर्कैः । i. e. ad (audiendam) laudationem ductores coeli huiusce clementes Açvinos voco, celebrans carminibus.« प्रसन्ता male suspicor editum pro प्रसन्ना i. e. प्रसन्नौ. स्तुषे dat. esse videtur a स्तुष्; formationem vocis explicare nequeo; mira etiam est quae ap. Wilsonem s. v. legitur, forma Vêdica स्तुषेय्य, *laudabilitas*.

P. 100, l. 1. Effer आसिष् ob metrum. हुहुता pro -त; cf. supra ad p. 98, l. 15. मीळ्हुषे iuxta regulam supra positam est pro मीढुषे, cuius thema est मीढुस्, nom. मीढ्वान्. Praeterea a Rosenio didici, dici मीढुस् pro effusore, pluvioso, largitore. Radix est मिह्, cuius antiquior forma मिध् progenuit vocem मेघ, nubes. — आस्ये contra Rosenium per os reddendum opinor. Agnis enim, utpote qui flamma sua sacrificia consumat, saepius dicitur os Deorum.

Ib. l. 2. आप्यं scandendum आपिय्यं.

Ib. l. 3. पञ्चचर्षणीः । चर्षणि ordo hominum est et per मनुष्य a scholiastis explicatur. Sic etiam a Wilsone s. v. Videtur ab origine *cultores* agrorum significasse: nam कृष्टयः, quod in Vedis etiam de hominibus collective dicitur, per कृष्टि e कृष्, *arare*, descendit. Si in memoriam revocatis, palatales litteras Sanscriticas ortas esse e gutturalibus (cf. Ind. Bibl. III. p. 35.), vix dubitabitis, चर्षणि ortum esse e कर्षणि atque ad eandem radicem pertinere. Quinque classes hominum esse videntur (dissensisse enim iam veteres grammaticos animadvertit Rosenius) quatuor ordines Indorum noti una cum Nisâdis; nam etiam hi fixis utebantur

sedibus. दमे दमे i. e. uniuscuiusque domi. Hunc repetiti nominis usum, ut in lingua vulgari, ita in Vedis quoque saepe animadvertas; ex. gr. I, 1, 2. उप त्वाग्ने दिवे दिवे दोषा वस्तर्धिया वयं। नमो भरन्त एमसि॥ Te, Agnis, quotidie sero maneque mente venerabundi adorimur. Rosen. Emendata interpretatio ipsius est Rosenii.

P. 100, l. 5. Effer अमातिम् et mox पातु ब्रह्मः।

» » l. 7. दिवः श्येन, coeli accipiter, dicitur Agnis, credo, quia fumus ignis celeriter in coelum escendit. Accipitris imagine uti solent, ubi aliquid velox depingunt. Ita in hymno in Açvinos, V, 8, 2: आ नः स्तोममुप द्रवत् तूयं श्येनेभिराशुभिः। यातमश्वेभिरश्विना॥ Ad nostrum sacrificium properate celeriter accipitribus velocibus, venite equis, Açvini.« Rosen. Haereo in vocibus उपद्रवत् तूयं. द्रवत् in Vedis legitur sensu adverbii, *cito*. Et उप ad यातं trahi potest. तूयं nisi fallor est nom. dual. pronominis 2dae pers. in quo quum अं additum sit, ut in plur. यूयं et adsciticia sit semivocalis व्, assequimur antiquum dualem तू et pluralem यू. — ज्ञौज्ञनं, canere velim, canam, aor. redupl. est sine augmento अ, rad. ज्ञन् canere, cuius forma vulgata est गै. Rem ita intellige, ut गै forma sit orsa e गा; radices autem, quae antiquitus in आ desiere, saepius exitum in अन् mutaverunt. Sic खा et खन्, सा et सन्, ज्ञा (ज्ञात pro ज्ञात, gnatus) et ज्ञन् (pro ज्ञन्), et multae aliae. Mirum tamen est, quod non ज्ञीमनं sit.

Ib. l. 8. वस्वः videtur esse pro वसूः i. e. वसु femin. etiam esse et accus. in अस् habere. Similis licentiae exempla in Vedis saepius recurrunt. — कुविद् per multas enarrasse videtur scholiasta; de qua explicatione

summopere dubito, an vera sit. Mihi cum कोविद् cognata videtur vox et nomin. sing.

P. 100, l. 9. स्वाह् ignotum mihi vocabulum, quod per *gratus* reddidit Rosenius. — रयि h. l. nom. sing. neutr. esse debet, acc. masc. s. fem. रयिं legitur p. 99, 2. Notum est रै eiusdem potestatis.

Ib. l. 11. सेमं pro स इमं nota est nunc res. — तुषत 3. sing. aor. med. pro optativo.

Ibid. l. 13. Effer ob metrum नक्षित्र। venerabilis interpretatus est Rosenius. नक्ष् e नक्ष् quae radix in Vedis legitur sensu adipiscendi, nanciscendi, cum quo verbo cognata est. — E nota Rosenii ad h. l. haec mutuor: in lingua antiqua, ut विशः in universum homines, ita विश्पति generatim regem, dominum designare videtur. Ita in hymno in Agnim III. 8. 18. विशां कविं विश्पतिं मानुषीणां शुचिं पावकं घृतपृष्ठमग्निं। Agricolarum (hominum) vatem, regem hominum, purum, lustrantem, butyro nutritum, Agnim.«

Ib. l. 15. Lege ob versum सुग्रन्नयस् et mox तुग्रं. — क्षपस् et उषस् accusativi sing. sunt adverbialiter positi. उषस्, dies, cognatum est adverbio वस्तर् in nota ad lin. 4. supr. — दीदिहि propter consonantem radicalem a rad. दीधी, *lucere*, derivari nequit, et quaerenda est alia; दिव् lucendi vim habere, apparet e nomine दिव्, quod et diem et coelum designat, at obstat forma. द्यु, unde द्यु, *dies*, *coelum*, *Agnis*, contractio est eiusdem radicis दिव्, at ne ex ea quidem derivare formam दीदिहि possumus. Attamen quum Pânines adiectivum दीदिवस्, more part. perfect. formatum, ad दिव् referat, videtur दीदिहि eidem radici vindicandum esse et ita quidem, ut post

insolitam reduplicationem per ई longum, abiecta fuerit littera radicis finalis व्.

P. 100, l. 18. Ad उप subaudi इति e यन्ति anteced. Recurrunt versus 17. et 18. ex alio Hymno in not. Ros. ad p. 101, l. 7. ibique उप त्वा legitur, male.

P. 101, l. 1. Metrum postulat यमन्तिवः, quod eo tantum differt a forma veteris dialecti Persicae, quod ad explendum hiatum व् non insertum sit; nam vox, quam ego legere volui in inscriptionibus Persepolitanis martiha, praeclare nuper restituit Beerius, *martija* legens. — Mox itidem ईडिवः.

Ib. l. 3. एना est pro एन, producta vocali finali; cf. supr. ad p. 98, l. 15. एन instrumentalis thematis य obsoletus in lingua recentiori; instr. fem. यया in litteris Rosenii enotatum invenio. — नपात् filius, de quo vocabulo praeclara est Burnoufii disputatio Yaç. I. 241. seqq. ऊर्ता genit. est thematis ऊर्त्, quod a radice sua non differt. — हुवे ad 2dam normam saepius in Vedis inflectitur. Idem epitheton recurrit l. 10. variatis verbis.

Ib. l. 4. हूतं. Haec est nota Rosenii: Hoc nuncii munere saepe fungi videmus Agnim. Ita I. 1. 27. ये यज्ञेषु य ईड्यासते ते पिबन्तु तिरोहितं। मधोरग्ने वषट्कृतिं॥ आकीं सूर्यस्य रोचनाद् विश्वान् देवान् उषर्बुधः। विप्रो होतेह वक्षति॥ »Qui colendi, qui celebrandi (sunt), ii omnes bibunto linguâ mellis oblationem, Agnis. Prope ad solis ortum omnes deos mane vigiles vates arcessitor (i. e. Agnis) huc adducito. *) Et mox ibidem युङ्क्ष्व रुशमे रथे हरिते देव रोहितः।

*) Rectius adducet; est enim वक्षति futurum Vedicum

तान्हिर्वान् रहावह ॥ Iunge equos (equas) currui splendido, ascendensque cum iis deos huc advehe.«

P. 101, l. 5. अरुषा, quia equae Agni tribuuntur; scripsi -भोजसाः pro भोजसा, acc. fem. plur. भोजस adiect. est a भोजस्, ut in Vedis यशस a यशस्, aliaque permulta formari, a Pânine edocemur. — दुद्रवत् aor. redupl. pro optativo.

Ibid. l. 6. देवं adiectivum est h. l.

Ibid. l. 7. Duo alia repetitae praepositionis exempla e notis Rosenii ad h. l. appono: प्र वां गिरः शस्यमाना अवन्तु प्र स्तोमासो गीयमानासो अर्कैः। »Prosequantur vos carmina recitata, pro (sequantur) hymni, enunciati cantibus.« अभि यं देव्यदितिर्गृणाति सवं देवस्य सवितुर्जुषाणा। अभि सम्राजो वरुणो गृणन्त्यभि मित्रासो अर्यमा सजोषाः॥ »Quam dea Aditis adorat prolem divini Solis libens, quam adorant regni consortes, Varunas (aliique), quam (adorant) Mitrae, Arjama, ceteri, eadem religione coniuncti.« (सजोषाः?).

Ib. l. 8. Num सं pro simulac positum sit?

Ib. l. 10. रै (राति) in Vedis significat *dare*.

Ib. l. 13. यक्षि e यज् ad cl. II. ad quam etiam कृ in Vêdis trahi, ostendit mox कृधि. De hac terminatione haec observata sunt ad h. l. a Rosenio: कृधि pro vulgari कुरु. vid. Pânin. VI. 4. 102. Occurrit praeterea etiam कृणुहि. Imperativi in धि vel धी exeuntes satis frequenter occurrunt; e. g. Lib. I. 2. 19. इमं मे वरुण श्रुधी हवं, »hanc meam, Varunas, audi precem.« et V. 3. 8. न इन्द्र वार्यस्य पूर्धि, »nos, Indras, locupleta divitiis.« Un-

---

sine ग्. Mox scandendum est हि अरुषी, quod quum femininum sit, per equas melius redditur.

de firmatur Boppii coniectura, fuisse originarium imperativi exitum, qui paullatim in हि extenuatus sit. Monere tamen debeo, hanc imperativi speciem in nulla adhuc radice obviam mihi factam esse, quae iuxta vulgaris linguae regulas terminationem हि assumeret. Sunt et alia quaedam exempla, in quibus vetus sermo ध exhibet, quod serius in ह abiisse videmus. Olim dictum fuisse धित pro हित, docemur a Pânine VII. 4. 45. et रध pro रह plus semel in ipsis Rigvêdae carminibus me legere memini.

P. 101, l. 14. रत्नधा pro रत्नधाः nom. sing. Radices in आ, si ultimam partem compositi constituunt, solent in Vêdis vocalem suam longam retinere; unde apparet, recentiorem esse correptionem vocalis, quae in सुवद, similibusque vocibus cernitur.

Ib. l. 15. शिशीहि, diligentem fac, proprie exacue, supra 98, 15. med. शिशीते intrans. est, excandescit, proprie acuitur; in exemplo ad p. 97, l. 10. legitur tamen शिशीत sensu transitivo, si bene se habet ista scriptura. Utut hoc sit, certum esse credo, radicem शी, quae in lexicis शि scribitur et ad 5tam cl. refertur, in locis Vêdicis productam praebere vocalem et ad 3tiam cl. pertinere.

P. 102, l. 3. Desideratur syllaba ante vel post यो et in altera versus parte legendum est कृणोति अर्वतां. Suspicor आ ante यो inserendum esse et simile quid postulat contextus. Deus enim Pluvius vix dici potest creare semina herbarum et foetus animalium, potest eos ad crescentiam impellere, eos conformare, ita ut crescant; आकृ est conformare et hoc negotium, non creatio,

tribuitur Pluvio in versu a Rosenio excitato, ubi appellatur: सवत्सं कृण्वन् गर्भमोषधीनां, i. e. ἐμβρυα herbarum prole donans.

P. 102, l. 4. Restituitur metrum legendo पुरुणामाम्, quemadmodum nunc invenio, saepius legendos esse in Vêdis genitt. plur.

Ib. l. 5. Lege आसिद्। तुरोता gunam praebet contra grammaticam vulgatam; de vocali finali producta cf. not. ad p. 98, 15. तस्मा pro तस्माय् i. e. तस्मै. — De इदू observat Rosenius: Hanc voculam इदू dixerim stirpem pronominis इदं. Solet ea variis variorum pronominum casibus subiungi, sine ulla sensus mutatione. En tibi aliquot exempla: स इदू देवेषु गछति, is cum diis venit; तमित् सखित्व ईमहे, eum in societatem desideramus; इहेन्द्राग्नी उपह्वये तयोरित् स्तोममुश्मसि, huc Indram Agnimque voco, eorum laudi intenti sumus; अस्मा इत् काव्यं वच उक्थमिन्द्राय शंस्यं, illi Indrae laudatorius hymnus cantusque celebrandi sunt; तमिदू दोषा तमुषसि अर्चयन्ति नरः, eum noctu, eum mane adorant homines.

Ib. l. 6. करत् aor. pro optativo.

Ib. l. 9. मुहुती licentia pro मुहुरा. — यत्र h. l. per vocativum *venerande* reddit Rosenius, supra not. p. 101, l. 4. nominativus esse debet pluralis. Videtur itaque forma esse indeclinabilis sive forma, adverbiali affixo त्र formata; comparari potest locutio satis nota विश्वासभूमि, locus fidei, pro fide dignus, et multa similia.

Ibid. l. 10. Animadvertit Rosen: Repetitum pronomen वयं ipsius verbi anaphoram vivide supplet. Conf. Lib. VII. 8. 19. युवं ह भुज्युं युवमश्विना वयं युवं शिञ्जारमुशनामुपारुधुः। »Vos Bʻug'jum, vos, Açvini, Vaçam, vos Çig'âram

(et hanc etiam) precem visitastis.« Bugiu, Vaça et Çig'âra nomina sunt virorum, quos Açvini e periculis servarunt.

P. 102, l. 12. Quomodo explicandum sit दाशत, nescio. Si दाशात् स्याम legere liceret, forma esset temporis compositi e partic. praes. et potentiali verbi substantivi, et comparari posset usus adiectivi verbalis in तृ ad futurum compositum formandum.

Ibid. यूयं etc. Addit Rosenius: haec verba, quibus tanquam epiphonemate omnium deorum gratia implorari videtur, multis in diversos Deos hymnis in fine subiiciuntur. Ita in hymnum in Agnim. V. 2. 15. त्वं वरुण उत मित्रो अग्ने त्वां वर्धन्ति मतिभिर्वसिष्ठाः । त्वे वसु सुषणानानि सन्तु यूयं पात स्वस्तिभिः सदा नः ॥ »Agnis, tu es Varunas, tu es Mitras; te colunt precibus Vasis'tae filii; a te opes cibusque (illis) fiant. Vos servate cum felicitate semper nos.« Et in hymno in Indram V. 3. 8. इषं पिन्व मघवद्भ्यः सुवीरं यूयं पात स्वस्तिभिः सदा नः ॥ »Cibum da sacrificantibus (nobis) cum liberis bonis. Vos servate cum felicitate semper nos.« — त्वे est pro seriori ते.

# GLOSSARIUM.

# अ

अ primum linguae Sanscriticae elementum et usitatissimum. Est praeterea अ, 1) alpha privativum, quod nominibus substantt. et adiectt. nec non nominalibus verbi formis, i. e. participiis, gerundiis et infinitivo praefigitur; ex. c. 25. 42. 46. etc.; si incipit vox sequens a vocali, dicitur अन्. 2) Thema pronom. demonstr. rem proximam indicantis, a quo descendunt formae अस्मै, एन, अया (144.), aliae.

अंग्र m. humerus.

अंशु m. radius. (अंश् pervadere).

अंशुक, n. amiculum, velum. (Ab अंशु + क, ut videtur, a genere texturae radiato).

अंहस् n. peccatum, crimen. 100. (अह् idem atque अघ्, angere; scribitur etiam अघ्न्).

अकल्मष mfn. innocuus. 52. (alpha pr. क°).

अकोपन mfn. non irascibilis. 40. (alpha pr. को°).

अक्तु f. nox (Wils.) m. stella. 134. Vox Vêdica. Gramm. derivant ab अञ्.

अक्त 1) m. genus seminis. 2) in compp. pro अक्ति. 10. 41. fem. ई. 42.

अक्षत 1) mfn. incolumis, integer. 2) n. granum. 83. 126. q. cf. (alpha pr. et क्षत).

अक्षमाला f. rosarium. (अक्ष et मा°). 126.

अक्षर् 1) mfn. indelebilis, a mutatione alienus, sempiternus. 2) n. littera, sive potius sonus individuus, elementum. 3) f. vox. 100. (alpha pr. क्षर् perire).

अक्षि n. oculus. 94. Casus quidam ab अक्षन्. (अक्, notare, unde desid. ईक्ष्).

अखिल mfn. integer, totus, omnis. -लेन omnino (alpha pr. खिल, vacuum).

अग् r. 1. अङ्गति se movere. — 2) r. 1. अगति inclinari, incurvari.

अगम्य mfn. 1) inmeabilis, 2) non intelligibilis. 30. (alph. pr. गम्य).

अगोचर mfn. ignotus, non perceptus. 94. (alpha pr. गो°).

अग्नि m. 1) ignis. 2) Deus Agnis. 98. 99. 100. 101. etc. (अग्, aff. अनि, pro अगनि). ✓

अग्र mfn. 1) in anteriori parte positus, extremus. 59. 62. 2) excedens. 56. 3) n. cacumen, acumen, acies. 13. 64. -ग्रे, coram, ante. praepos. c. gen. 8. 9. 12. etc. -ग्रतस् adv. et praep. c. gen. coram, versus id quod e regione est, prorsum. 74. 75. 82.

अग्राह्य mfn. quod non sumendum est. 75. (alpha pr. ग्रह्).

अग्रिम mfn. in parte antica positus. 77. (अग्र, aff. इम, idem ac म in मध्यम).

अघ. n. crimen, peccatum. cf. अंहस्.

अघृणि mfn. radians. 99. vox incerta 138.

अघोर् mfn. non crudelis. 3. (alph. pr. घो°).

अङ्क m. gremium, pectus. 83.

अङ्ग, n. 1) membrum. 2) totum corpus. 30. 59. 3) pars, quasi membrum, Vêdarum, cf. वेदाङ्ग. In compp. fem. ई 26. 57. 83. — अङ्गीकरोति, partem sui ipsius facit, spondet 44. (अग्, se movere). ✓

अङ्गन. 1) n. cors, aula. (आङ्, circumire?). — 2) f. -ना, mulier. 76. 88. (ab अङ्ग, quasi magis membrosa).

अङ्गार् m. n. carbo. (cf. अग्नि).

अङ्गुलि, s. -ली f. digitus. (अङ्ग, aff. उल idem atque उर्).

अङ्गुल्यीयक n. annulus. (a praec. aff. ईय + क). ✓

अङ्गुष्ठ m. pollex. 116. (अङ्ग, aff. inusitato).

अङ्घ्रि m. pes. (cf. अघ् = अङ्घ्, scribitur etiam अंघ्रि).

अचिर् mfn. non longus, brevis. -रेण, sc. कालेन, brevi tempore. -रात् id. (cf. अत्तिरस्).

अच्युत mfn. non lapsus, aeternus. — m. nomen Vis'n'uis. (alph. priv. + च्यु). — अच्युतमूर्ति m. 76. cuius forma non perit, itidem Vis'n'us est.

अजर् mfn. non senescens, aeternus. (alph. pr. + जरा).

अजित mfn. invictus, indomitus, infraenatus, de sensibus. (alph. pr. + जि).

अञ्जस् adv. brevi tempore. 97. (De orig. cf. 133).

अञ्जिह्म mfn. non obliquus, directus, directa via utens. 64. (alph. priv. + जिह्म°).

अञ्च् r. 1. अञ्चति, colere, modo peculiari tenere, insignire, venerari. अञ्चित, insignitus. 54. Cum praepp. अव, उत्, प्र, परा, प्रति, सम् et aliis quibusdam vocc. formam adiectt. directionem et rationem motuum notantia.

अञ्च. m. φρὶξ. (a praec.) 112.

अञ्चल m. limbus. (a rad. अञ्च, aff. अल?).

अञ्ज् r. 7. अनक्ति. 1) propellere, agere. 2) oblinere, ungere. — c. वि, evolvere, creare.

अञ्जन. n. unctio, collyrium. 83. (a praec.)

अञ्जलि m. 1) libatio, quae fit manibus cavis, tum actio manuum concavandarum, ad libationem faciundam. 2) in universum supplicatio, quae fit iunctis manibus concavatis. Hinc -लिकर्मन् n. 48. supplicatio, humiliatio. (अञ्ज्, aff. inusit. अलि).

अणिमन् m. subtilitas, facultas semetipsum ad libitum diminuendi. 3. (seq. et aff. इमन्).

अणु mfn. (fem. -वी), parvus.

अतस् 1) adv. loci, inde. 2) tempor. deinde. 3) causs. ex ea re. 41. ideo 48. 47. 76. etc. ex ea ratione, iuxta eam normam. 1. — pro abl. pronom. 21. 34. 96. — अतःपर्, hinc quod sequitur, deinde. 3. (Them. pron. अ).

अति praep. trans, supra, super. Nominn. praefixa vim auget notionis, ut in Latinis adiectt. *per*, ut 30. 37. 44. 72. 91. (ubi non ad मध्य tantum pertinet, sed ad totum compos.). — 59. in adi. mutat nomen. — nominaliter positum 37. — मा + अति, ne nimis. 11. (them. pron. अ, aff. ति, ut इति?).

अतिक्रान्त mfn. practeritus. 10. 22. (क्रम्).

अतिग mfn. excedens, excellens, eduraus. 58. (गा).

अतिथि m. hospes. (alpha priv. तिथि, in cuius gratiam dies festi observari desinunt).

-त्वं n. hospitium. (Antec.)

अतिरेक mfn. modum excedens. — m. actio modum excedendi. (रिच्). 11.

अतिलोभ mfn. nimis avidus (लोभ), unde

अतिलोभता f. nimia aviditas. 21.

अतिशय mfn. excedens. Ab origine substantivum est et additur voci alii, ut अन्यार्, aliud, मात्र, solum. Adiectivi more praefigitur 112. (श्री).

अतीत mfn. praeteritus. (इ). 57.

अतीव, supra aequalitatem (अति + इव), valde; praefigitur adiectt. 16. 35. 38. etiam seq. सु 55.

अत्यन्त mfn. finem excedens, infinitus, permagnus. 73. 85. (अन्त).

अत्र. 1) adv. loc. heic, illic. 2) hac in re. (अ them. pron.).

अथ part. contin. dein; solet initio sentent. poni 33. 59. etc; post primam vocem 44, 6; 59, 14; media sent.

53; in enumeratione 79. (अ them. pron. aff. य, cf. या, यं).

अथवा, 1) sive potius. 2) quidni, immo potius, part. restringendi. 29. 58. 75. (Antec. et वा).

अद् r. 2. अत्ति. edere.

अदस् pronom. demonstr. mf. असौ, n. अदस्. 9. 29. 51. 53. etc. Indicare solet remotiora, praesentia cum vi quadam significat. (cf. य).

अदातृ mfn. non donans, illiberalis. 31. (Alph. priv. दा°).

अदिति f. nom. propr. Uxor Kaçjapae, mater deorum. 145. (Alpha priv. et दिति, idem quod दुति, splendor; Nox primaeva mater lucis et deorum).

अदीन mfn. non miser, nobilis, liberalis. (Alph. priv. दी°).

अदूर mfn. non remotus, proximus. 41. -रे loc. adv. prope. 62.

अद्भुत mfn. mirificus. — n. miraculum. (Depravatum videtur ex अतिभूत, quod supra naturam est).

अद्य adv. hodie, in praesentiis. 139. अद्यापि, etiamnunc. 44. (अ them. pron. et द्य, ut videtur pro यद्, loc. a यो, dies).

अद्रि m. mons.

अध, deinde, part. contin. 98, 136. (orsum videtur ab अद्य).

अधम mfn. infimus. (अध, aff. म superlat. cf. seq.).

अधर mfn. inferior. — m. labium inferius, labium, os. 25. (अध, aff. र, quod comparativos format e particull.).

अधर्म m. iniustum, nefas. (Alpha priv. ध°).

अधस् adv. infra. (अध).

अधि praep. super.

अधिक mfn. excedens, magnus. 25. etc. excellens. 34. praefigitur adiecc. sensu augendi 72. maior 10. 27. 28. -कं शतं, centum et quod excedit. 55. 56. (अधि, aff. क).

अधिकार m. officium, potestas, provincia rei gerundae (कृ). Hinc

अधिकारिन् mfn. praepositus, possidens. — m. praefectus. 27.
अधिप m. dominus, rex, 16. (पा).
अधिपति m. dominus, imperator, rex summus. 35. (पति).
अधिरूढ mfn. qui ascendit, insitus 26. (रुह्).
अधीन mfn. discens, obediens, dependens. 84. (इ, c. अधि, part. med. irreg.).
अधीर् mfn. inconstans. (Alph. pr. धी°).
अधुना nunc. (Instrum. a voce quadam अधु? cf. अन et अनु).
अधोमुख mfn. vultum demittens, ore demisso. (अधस् + मुख).
अध्याय m. studium, lectio. (इ)
अध्वर् m. sacrificium. 101. A quibusdam pro adi. habetur sensu incolumis 136. q. cf.
अन् r. 2. अनिति, flare.
अन them. pronom. defect. eiusdem sensus atque इदं.
अनघ mfn. innocuus. 76. (Alph. priv. अघ).
अनङ्ग mfn. incorporeus. — m. 1) Amoris deus, Cupido. 2) voluptas. 69. 78. etc. (Alph. priv. अङ्ग, quia in ipsa mente versari dicitur amor et non, ut ceteri divi, in externa rerum natura. Fabula ad nomen explicandum ficta legitur Râm. I, XXV.).
अनङ्गसेना f. nom. propr. Ἐρωτοστράτος. (praeced. et सेना).
अनन्तर् mfn. quod sine intervallo est, quod nulla re interiecta sequitur, quod instat. 48. — रं adv. deinde, mox. तदनन्तरं, idem. 41. etc. (Alph. pr. et अन्तर्).
अनर्थ mfn. inutilis, infructuosus. (Alph. priv. अर्थ).
अनल m. ignis. (अन्, aff. अल).
अनाथ mfn. domino destitutus, orbus. (Alph. priv. नाथ).
अनावृष्टि f. absentia pluviarum. (Alph. priv. आवृ°).
अनिल m. ventus, spiritus. (अन्, aff. इल).
अनु praep. post, secundum, iuxta; postponitur interdum

et regit aut dativum aut accus. 98. 127. 134. (cf. मामनु Vikr. 70, 2. ed. Lenz.; iuxta me, i. e. meam conditionem).

अनुकार् m. imitatio. (कृ). Hinc

अनुकारिन् mfn. imitans.

अनुकूल, mfn. congruus, idoneus, favens, proprie secundo flumine vectus. (अनु et कूल, ripa). 90.

अनुगुण mfn. qualitate similis, aequalis. 77. (गुण).

अनुग्रह् m. (acceptio), favor, benevolentia. (ग्रह्).

अनुज्ञात mfn. qui veniam eundi accepit, dimissus. 42. (अनु et ज्ञा).

अनुपदं adv. ita ut in tergo alicuius haereas. cum gen. 30. (अनु et पद्, passus).

अनुरक्त mfn. deditus, favens, amans. (रञ्ज्).

अनुराग m. amor, favor. (रञ्ज्). 24. 71. etc.

अनुरूप mfn. 1) similis. 2) decens, conveniens, aptus. 19. (अनु et रूप).

अनुलग्न mfn. adhaerens, inhians, insequutus. 30. (लग्ज्).

अनुवर्तिन् mfn. obsequens, obediens. 29. 58. (अनुवर्त m. ab अनु et वृत्, inusitatum est).

अनुवाद् m. congruentia cum eis, quae dicta vel praecepta sunt; 2) repetitio et acceptio dictorum, actio morem gerundi. 67. (वद्).

अनुष्टुभ् f. (-ष्टुप्) nomen metri epici vulgatissimi. 103. (अनु + स्तुभ्, firmum esse; pausis quasi firmatum).

अनुसंधान n. investigatio. (अनु + सं et धा).

अनुसर् m. pedisequus. 20. (सृ).

अनुसार् m. insequutio 82. (सृ). Hinc

अनुसारिन् mfn. sequens, observans praecepti. 40.

अनृत mfn. non verus, falsus. — n. falsitas, mendacium. (Alpha priv. et ऋत). 58. 21.

अन्त m. 1) finis 39. 60. 66. 2) pars ultima, ut वनान्त, Anglice: *outskirt* of a forest. 3) finis summus, ut वेदान्त, summi fines doctrinae Vêdicae, et कामान्त, 21. — अन्तं गच्छति, finem assequitur, consilia aliorum perspicit. 3. 15.

अन्तक m. finem faciens, deus mortis, 5. Jamas iuxta Wilson. isto loco potius Çivas est, mundi destructor. (Antec.).

अन्तर् praepos. inter, intus; genit. regit, si cum nomine construitur. (aff. तर्. cf. प्रातर्, वस्तर्).

अन्तर् n. 1) pars interior 58. etiam hominis, cor, mens. 53. Et praefigitur et subiungitur hoc sensu. 80. 2) intervallum. 3) discrimen, diversitas. Hoc sensu additur et dicitur diversitas rei pro re diversa, valet itaque *aliud*. 17. 40. 42. 43. 62. 76. 89. Et 42, 7. semel positum subaudiendum est ad देशेन, ut sit distributio, unus alter. (A praec.).

अन्तरीक्ष n. aer. (अन्तर् et ईक्ष्, videre, quod pellucidum est).

अन्तर्गत mfn. quod interiit, occultus, interior. 8. (अन्तर् et गम्).

अन्ति praepos. obsoleta, *ante*. Hinc, aff. क

अन्तिक mfn. e regione positus, 66. — n. vicinia; hinc -के, praepositum genit. 58. et -कं adv. In fabb. scenicc. praemisso ज्ञ, de eis quae ita in scena proferuntur, ut ab auditoribus quidem, sed non ab omnibus personis in scena audiri possint. 92.

अन्ध mfn. 1) coecus, proprie et figuratim. 18. 71. 2) occultus. 22. (rad. 1. cl. अध् s. अन्ध् non invenitur).

अन्धक mfn. coecus. 32. (praec. et aff. क).

अन्न n. cibus, edulium, praesertim oryza. (part. pass. ab अद्).

अन्य mfn. (n. -न्यत्). alius. Indefinite ponitur 28. 30. (Anglice: the other day). — अन्योन्य mutuo, invicem, alter alterum, ἀλλήλων, etc. prius अन्य non -inflectitur. 86.

--तस् adv. aliunde, aliorsum. 77. 48. (Antec. aff. तस्).

अन्यत्र 1) alibi. 2) praeter, extra c. abl. 25. (Id. aff. त्र).

--था, alio modo, alias, aliter, alioquin. 56. 93. — c. कृ, mutare. 15. Hitôp. 2. (Id. aff. था).

अन्यादृश mfn. (fem. -शी). alium aspectum praebens, mutatus (अन्या pro -यद् et दृश्). 72. ✓

अन्येद्युस् adv. alio quodam die. 24. (अन्ये loc. est irreg. et द्युस् contractum videtur e दिवसे, die, omisso ए).

अन्वय m. successio parentum et natorum, familia, gens. 41. (इ).

अन्वित mfn. sequentem habens, praeditus (इ). 4. 50. 77.

अन्वेषिन् mfn. quaerens, inhians. (Ab अन्वेष m. voce inusitata ab अनु + इष्). ✓

अप् f. singul. non usitatur, nom. pl. आपस्, aqua 76. 97.

अप praepos. de, indicat decessionem e loco.

अपटी, f. tapetum, aulaeum, praesertim siparia, quorum ope variae in scena exhibebantur locorum similitudines. (Orig. incert.).

अपटीक्षेप m. repentinus introitus in scenam, quod fit siparia amovendo. (Antec. et क्षेप a क्षिप्, iacere). ✓

अपमान n. parvi aestimatio. (मन्, opinari).

अपर mfn. 1) remotior, inferior. 2) alius 9. 96. एक-अपर, unus-alter 39. (अप aff. र, cf. अधर).

अपराङ्मुख mfn. f. ई ore non averso, taedio et aversatione non affectus. 41. (Alph. priv. et परा°).

अपराध m. alienatio favoris, offensio, culpa. (राध्).

अपरीक्षित mfn. inconsideratus, de hominibus et actionibus. 14. 15. (परी°).

अपस् forma praepos. अप, usurpata in composito ✓

अपस्कर m. faeces, stercus (कृ). 4.

अपह्नव m. denegatio. (हु).

अपाय m. 1) abitio. 2) derelictio rectae viae, transgressio. 31. (इ).

अपि partic. 1) etiam. Interdum continuendae tantum orationi inservit: सोऽपि, is quidem, 25, 13. 29, 6. 46, 16. (*Auch gingen sie dann*); 48, 5 etc. et locum copulae supplet. 2) part. augmentativa, *vel;* एकस्यापि, vel unius. 3, 4. 27, 16. etc. 3) interrog. addita sensum reddit indefinitum, किमपि, quidquid sit, quodcunque. 4) अपि c. न auget negationem. 15, 8; 62, 3. ne quidem; in repetita negatione posteriori न additur: न-नापि 32, 7. — 5) अपि च, atque etiam, particula in serie distt. inter se iungendorum usitata. 66. 67. — 6) यद्यपि, etiamsi. q. cf.; etiam separate 3, 6. (Differt 15, 14.). — 7) init. quaestionis, affirmationem implicantis. 68. — 8) Olim praepos. fuit, ἐπὶ.

अपेत mfn. a quo abiit, quem dereliquit 77. (इ).

अप्सरस् f. Apsaras, nomen puellarum coelestium, quarum numerus infinitus in coelo Indrae agit. (अप् et सरस् a सृ, ire; antiquitus enim Naiades et Nymphae fuisse videntur).

अबध्य mfn. non occidendus, innocuus, 14. 27. (Alpha priv. et वध्).

अब्ज m. nymphaea, lotus. (अप् et ज e जन् q. cf.).

अब्द् m. nubes, (अप् et द pro दा) tempus pluviarum, annus. (cf. वर्ष). 57.

अभाव m. contrarium existentiae, fluxa mundi conditio, res caduca, res inhonesta. 58. (Alpha priv. et भाव).

अभि praep. ad, ἐπὶ. Adiectt. praefixa vim addit. In Vêdis etiam अभी. 99.

अभिजात mfn. genere nobilis.

अभिधा f. exhibitio, denominatio. (अभि et धा).

अभिनव mfn. novus, recens. 67. (अभि q. cf. et नव).

अभिप्राय m. intento, voluntas, consilium. 29. 50. (अभि et प्राय a प्री).

अभिमत mfn. magni aestimatus, gratus. 44. (मन्).

अभिमुख mfn. e regione positus. — खं adv. adversus, praepositionis more cum genit. 68. (मुख).

अभिलसित mfn. desideratus. (लस्) 78. ubi potius neutrum est et substant.

अभिलाषुक mfn. desiderans. 42. (Etym. idem, aff. उक).

अभिसारिक mfn. adveniens, visitans; hinc fem. -का secutuleia, mulier quae amasium visitat. 25. (अभिसार, a सृ, aff. ठक).

अभीप्सु mfn. desiderans, cum accus. 50. (अभि et ईप्सु, adiect. desider. ab आप्).

अभ्यन्तर् n. 1) pars interior. 75. 2) intervallum, spatium temporis. 33. (अभि et अन्तर्).

अभ्यास् m. applicatio, assiduitas, consuetudo. 40. (अभि et अस्; non आस्, nam respondet अभ्यस्त).

अम् affix. pronominn. 139.

अमति m. luna, tempus, fraudator. 129. — fem. ignorantia, forma 131. (Prioris significatus originem nescio; posterioris est अ priv. et मति; mente caret et ignorantia et forma rerum caduca).

अमर्त्य mfn. immortalis. (अ priv. et मृ, aff. य, inserto त). 101.

अमा adv. una cum, simul, prope. 98.

अमात्य mfn. qui prope est, in promptu, paratus. 100. — m. minister, qui a consiliis est. 29. (अमा, aff. त्य).

अमित mfn. immensus, infinitus. (अ priv. et मा). 32.

अमित्र m. hostis. (अ priv. et मित्र). 45.

अमृत mfn. immortalis. 101. — n. Ambrosia. 33. (अ priv. et मृ).

अम्बर् n. vestimentum. 11. (Num ab अनु, omisso उ, et वर् a वृ, operire?).

अम्बु n. aqua. (अम्ब् se movere, aff. उ?).

अम्बुज n. nymphaea, lotus. (praeced. et ज a जन् q. cf.).

अम्भस् n. aqua. (r. अभ. 1. अम्भति significat sonum edere).

अम्भोज n. nymphaea, lotus. 66. (Praeced. et ज a जन्).

अम्भोजजन्मन् m. Brahman, e nymphaea natus. (Praec. et जन्मन्). 66.

अम्भोनिधि m. mare, Oceanus. (अम्भस् et निधि). 44.

अम्भोरुह् n. nymphaea, lotus. 66. (Id. et रुह्).

--रुह् n. idem. (Id. et रुह्, aff. अ). 82. 83.

अयन n. annusdimidius, proprie solis iter versus septentrionem vel meridiem. 55. (इ).

अयम् is, nom. sing. masc. pronom. demonstr. इदं.

अयस् n. ferrum. 133.

अये interj. castigantis, eheu. 72.

अरणी f. lignum, cuius tritu ignis elicitur. 98. 136. (cogn. seq.).

अरण्य n. silva. (Orig. incert.).

अरण्यरुदित n. lacrimatio in silva, i. e. querela irrita. (Antec. et रुदित).

अरति m. rex. 101. Vox Vêdica. (Orig. incert. aff. अति, ut in अमति?).

अरविन्द् n. nymphaea, lotus. 67. (Derivant ab अर्, celer et विन्द् obtinere).

अरि m. hostis.

अरुण mfn. ruber, rufus. 59. 97. (Orig. inc.).

अरुष mfn. splendidus. — m. equus. — f. -षा et -षी equa. 101. bis. 144. 145. (Vox Vêdica, a colore derivata, praec. cognata).

अरे interi. obiurgantis, exclamantis. (Voc. sing. est ab अरि).

अरोगिन् mfn. liber a morbis, sanus. (Ab अरोग, sanitas, ab अ pr. et रोग, morbus). Hinc

अरोगिता f. sanitas. 31.

अर्क m. 1) hymnus, carmen. 141. 145. 2) sol. 51. (Ab ऋच्, laudare, lucere).

अर्च् r. 10. अर्चयति, colere, venerari. 67. 147. (Ab ऋच्. r. 1.).

अर्चन n. et -ना f. veneratio, cultus. (अर्च्).

अर्चि f. iuxta Wils. at m. est 98. flamma. (ab ऋच् aff. इ cum Guna; forma vulgatior est अर्चिस् m.).

अर्जुन m. nom. propr. Arg'unae, celebratissimi inter quinque Pand'uis filios.

अर्णव mfn. undosus, aquosus. 134. — m. oceanus, mare. (per Gunam utriusque syllabae ab ऋणु, quod vocabulum significare debuit aquam, ut अर्णस्, n.; ऋणु a ऋ, ire, aff. नु, ab origine fluĭdum designasse apparet).

अर्थ् r. 10. अर्थयति, petere. — c. प्र, petere, desiderare, rogare. 17. 36. 77. 93. (A seq.).

अर्थ m. 1) res. 2) opes, divitiae. 43. 84. 88. 3) opes unam sistunt rerum appetundarum, quae aut tres sunt, si haec vita tantum respicitur, sive काम, dulce, धर्म, honestum, अर्थ, utile, aut quatuor, si additur respectus vitae futurae, et मोक्ष, beatitudo. Est itaque utile, commodum. 20. 40. 49. 78. 4) res agenda, negotium, ut in कृतार्थ, q. cf. 85. 5) res verbis vel signis significata, significatio, sensus. 7. 46. — Accus. instr. dat. loc. praepositionis munûs agunt et valent, ergo, caussâ,

gratiâ, attinet ad (21.) cum genit. qui saepenumero in composito latet, ut तदर्थं, ob hanc caussam, किमर्थं, quam ob caussam, et 4. 33. 34. 37. 54. 74. etc. (किमर्थ mfn. quam caussam habens, legitur 57, 7.). — कोऽर्थो मे तेन, quid rei mihi est cum isto, cui usui est.

अर्थिन् mfn. qui negotii caussa petit, qui auxilio eget, indigens, desiderans, pauper. 29. 63. 68. 75. — m. vox forensis, qui iure persequitur in iudicio, quod sibi debetur, qui actionem quaerit, accusator. 89. (Praec.)

अर्द् r. 1. laedere, vexare. Partic. अर्दित sive अर्त्त. Solet c. praepos. आ coniungi आर्दित mfn. vexatus, cruciatus. 39. 59.

अर्द्ध mfn. dimidius. 5. 22. 34. — n. pars dimidia. (Est ab ऋध्, crescere, augeri; at translatio sensus non liquet).

अर्द्धचन्द्र m. 1) luna dimidia. 2) figura lunae dimidiatae unguibus in cute facta. 10. (Antec. et चन्द्र).

अर्द्धरात्रि f. nox media. 10. (Forma legitima est -त्र m. ab अर्द्ध et रात्रि).

अर्पण n. directio ad, applicatio, instructio, ornatus. 61. (Ab अर्प् caus. rad. ऋ, ire).

अर्पित mfn. suppeditatus, ornatus. (Ut antec.)

अर्यमन् m. solis nomen. 145. (Vox linguae vetustae ab अर्य, venerandus, aff. मन्, quod alias in [illegible] usurpatur).

अर्वन् m. 162. equus, licet fem. [illegible] Proprie est partic. praes. act. ab अर्व [illegible] ere iuxta gramm. at a(u)rv Zendice est [illegible] vat, equus; अर्वन् m. (nom. -वा) equus, अर्वती f. equa ap[illegible] Vils. legnntur.

अर्ह् rad. 1. अर्हति 1) convenire, decere. 2) dignum esse. 3) debere, ut muletam. 130. 4) auxiliare c. infinit. in rogando et optando. 55.

अर्ह mfn. dignus. 41. (Ab antec.).

अलं adv. satis. 11. cum instr. 75. 85. 87. 95. — c. कृ, valet satisfacere, ornare. 40. 77.

अलक्ष्य mfn. invisibilis. 30. (Alpha priv. et लक्ष्).

अलंकार् m. 1) ornamentum. 55. 2) figura orationis ornatae. 68. (Vid. अलं).

अलम्बुषा f. nomen Apsarasis. (Orig. inc.).

अलस mfn. ignavus, languidus, apud erott. de oculis, etiam de mammis. 74. 87. (अ priv. et लस्, strenuum, gnavum esse).

अल्प mfn. parvus, exiguus. 3. 76. (Or. incert.).

अव् r. 1. अवति servare, tueri, amare. 99. — c. प्र prosequi. 145.

अव praep. de; motum deorsum notat.

अवगाह् m. immersio, lavatio. 60. (गाह्, perturbare).

अवज्ञा f. contemptus. 84. (ज्ञा).

अवतार् m. descensio, praesertim dei in terram, ἐπιφάνεια. 24. (तॄ).

अवदात mfn. purificatus. 67. cf. not. p. 118. (दो).

अवरुद्ध mfn. cessans. 67. (रुध्).

अवर्षण n. defectus pluviarum. 27. (वर्षण).

अवलिप्त mfn. unctus. (लिप्).

अवलुम्पन n. irruptionem ex repente facere et aufugere, instar lupi, Man. VII. 106. inde fuga. 48. (लुप्, findere, videtur nomen लुप् ab origine etiam esse irrumpere).

अवलोकन n. observatio, contemplatio. 23. (लोक्).

अवश्य mfn. quod voluntate nostra regi nequit, quod necessario fit. — -श्यं adv. necessario. 67. (अ priv. et वश्य).

अवसर् m. 1) actus descendendi in locum. 2) locus rei gerundae aptus, opportunitas, tempus. 2. 89. (सृ).

अवस्था f. conditio, status. 83. (स्था).

अवहास m. derisio. 57. (हस्).

अवाञ्च् mfn. (nom. -वाङ्, -वाची, -वाक्, in compp. -वाक्) deorsum conversus. 62. (अव et अञ्च्).

अवात mfn. invictus (sive impervius). 97..98. (अ priv. वा r. 2. 1) ire se movere. 2. laedere).

अविचार् m. inconsiderantia. 15. (अ priv. विचार्).

अविनीत mfn. immodestus, indecorus. (अ priv. et विनीत).

अव्रत mfn. votorum oblitus. 32. (अ priv. व्रत).

अश् r. 9. अश्नाति, comedere, frui. 47.

अशक्त mfn. incapax, ineptus. (Alph. pr. et शक्त).

अशन mfn. comedens, devorans; in compos. 48. (अश्).

अशस्त mfn. non laudatus, male ominosus. 16. (अ pr. et शंस्).

अशुभ mfn. improbus, inhonestus, infaustus. 16. (अ pr. et शुभ).

अशेष mfn. residuo carens, totus, universus. 63. (अ priv et शेष).

अशौच n. impuritas. 21. (अ priv. et शौच).

अश्रु n. lacrima. (pro दृश्रु, vidente Boppio, a दृश् aff. रु).

अश्व m. equus.

अश्विन् mfn. qui equos habet. — m. dual. gemini solis filii, deorum medici, equis invehi soliti; mater est Aevini, prima inter mansiones lunae, capite equino picta, in capite Arietis stellas occupans [illegible] respicis, filii hi matri aetate su

अष्टक n. congregatio octonaria. 89

अष्टन् (nom. अष्ट et अष्टौ) octo. (Forn Sanscritice significari per bis qu que manu porrecta, pollice abscondito; participii formam rad. in -ग् praebet).

अष्टम mfn. fem. -मी. octavus. f. -मी sc. रात्रि, octavus dies a Kalendis et ab idibus. 16. (Id. aff. म).

अस् r. 2. अस्ति, esse, verb. substantiv. — Auxiliare est in temporr. composs. e particc. formatis, licet solet omitti. Partic. सत् particc. praeter. pass. additum pro contextus varietate variarum continet vim particularum. 11, 17. 43, 8. postquam, etenim, si; Hitôp. 15, 21. विनाशे नियते सति, etiamsi interitus certus sit; etc. — 2. sing. imp. act. एधि 99. ✓

अस् r. 4. अस्यति, iacere, proiicere. 133.

— c. अभि, semet applicare, exercere.

— c. नि, deponere, imponere. 66. abiicere studia rerum mundanarum; hoc sensu etiam c. सं + नि.

— c. निस्, eiicere, expellere. 67. 96.

— c. सं in unum coniicere, contrahere.

असकृत् adv. haud semel, (अ priv. et सकृत्), saepius.

असज्ञातिमिश्र m. nom. propr. Δυσγενὴς. (Antcc. ज्ञाति et मिश्र).

असत् mfn. nonens, μὴ ὄντως ὤν, malus. (Alph. priv. et सत् partic. r. अस्. 2.). ✓

असम mfn. incomparabilis. 4. (अ priv. et सम, aequalis).

असमर्थ mfn. non idoneus, impotens. 3. (Alph. pr. et सम°).

असह्य mfn. intolerabilis. (Alph. priv. et सह्).

असाधु mfn. malus, ignobilis. 81. (Alph. priv. et साधु).

अस्तृ m. iaculator. 97. (अस् r. 4.).

अस्थि n. os, ossis; casus quidam ab अस्थन् descendunt. (Or. incert.).

अस्मत् thema cass. plur. pronom. 1mae pers. quod etiam in composs. usurpatur; pluralis dignitatis est saepius: 26. 76. 77. 85. 86. 90. 94. ✓

अस्मद्विध mfn. nobis similis. (antcc. et विधा, species) 88.

अस्मयु mfn. nostri amans. 100. 139. (अस्मत्, abiecto त् et aff. यु). ✓

अह् rad. defect. cuius perfect. tantum personas quasd
habet, loqui. 51. 3. pl. आहुस् sb
dicunt homines, dicitur. 16.
— c. प्र id. 55.
अह् r. 1. अंहते, ire. (potius torquere, a
अह partic. enclit. pronominn. in Vêdh .onta. 98, 15. 137.
अहम् nom. sing. pronom. 1mae pers. ego. (Pro अह्; cf. 139. haud differt a rad. अह्, loqui; ego locutor est).
अहन् n. dies. Nom. et acc. अहर्; idem thema retinetur in casibb. a consonantt. incipientibus, sed ante sonorr. contra regulam in अहो abit; ceteri casus ab अहन् descendunt. In fine compositi अह्न pro अहन् et अह्, in init. compos. अहर्, quod ante रात्रि fit अहो. Masculinum nullibi legitur atque male editum est *m* pro *n* apud Wilsonem. (Orig. incert.) 56, 19. 57, 6. 87, 4. 73, 18. 2, 8. Unicum est exemplum mihi notum, in quo अह् initio compos. legitur 68, 13. Add. Manu I. 65. 66. 67. 68. 70. 72. 73. 74. etc.
अहर्निशं adv. per totum nyctemerum, quotidie, semper. (अहन् et निशा). 42. 55.
अहह interi. ridentis. 85.
अहि m. anguis, serpens. (अह् = अघ् q. v. fin. 2)
अहो interi. admirantis et obiurgan

## आ

आ praepos. 1) ad, usque ad; constructum nonnunquam cum ablat. vel cum accus. nominis et significat terminum *usque ad* et *inde a*, re memorata aut exclusa aut inclusa. 2) adiectt. praefixa notat diminutionem quan-

dam, ut आपापटु, i. e. haud prorsus albus, tamen proxime ad albitudinem accedens. Aliud exempl. 64, 6. 3) In loco Vêdico 142. videtur more Latini *ad* cum accus. esse posita, venite ad sacrificium; nam nullum est exemplum, posse in compos. cum verbis aliam praepositionem huic praemitti; itaque आ-उप-यात in unum coalescere nequit. — 4) in composs. nonnullis आस्. cf. not. ad Hitôp. p. 35.

आः interi. assentientis vel mirantis. 75.

आकार् m. 1) forma, figura. 2) Species rei, qua eius indoles indicatur. 3. (कृ).

आकाश mn. aether, aër. Elementum est apud Indos quintum, ordine primum, subtilissimum et summum, de quo Megasthenes ap. Strabonem XV, 59: *πρὸς δὲ τοῖς τέτταρσι στοιχείοις πέμπτη τίς ἐστι φύσις, ἐξ ἧς ὁ οὐρανὸς καὶ τὰ ἄστρα.* (काश्, splendere).

आकीं adv. prope, 144. praepositionis more c. abl. prope a; vocula Vêdica ceteroquin ignota.

आकीर्ण mfn. impletus, refertus, crebratus. 6. 50. 73. (कृ).

आकुल mfn. confusus, perturbatus; tam repletus, ut sit confusio. 4. 43. 52. 64. 88. (कुल् colligere).

आकुलित mfn. perturbatus. 44. 46. (कुल्).

आकूत n. intentio, indicatio. (कू, sonare, indicare).

आकृति f. conformatio, figura, forma. 13. 55. (कृ).

आखु m. mus.

आखेटक n. venatio. 6. (Ab आखेट; quod derivatur a खिट् r. 1. terrere).

आख्या f. denominatio, nomen. (ख्या).

आख्यान n. narratio, poema epicum. (ख्या).

आगत mfn. qui advenit, qui attigit. (गम् q. cf.).

आगन्तुक mfn. adventicius, aliunde veniens, non indigena, ignotus. 89. (Ab आगन्तु Hitôp. 18.)

आगम m. 1) adventus. 30. 43. 2) [illegible] gendi, ut scientiam. 36. 68. (गम्)

आगमन n. adventus. 25. 39. (गम्).

आगार् n. domus, receptaculum. 42. (Scribitur etiam अगार् et miram praebent gramm. originationem. Si comparatur उद्गार्, vomitus, et निगार्, devoratio, apparet esse ab आ et गृ, quod per *deglutire* explicatur, atque dictam fuisse domum a receptaculo; est praeterea आगार् proprie intima pars domus, et adytum, in quo antiquitus ignis domus tutor nutriebatur, अग्न्यागार् dicitur, etiam देवतागार्, domus deorum, Râm. II, IV, 29. quae sita erat in intimo reginae gynaecceo).

आघात m. plaga, vulnus. (घात nomen est a हन् eodem modo formatum, quo caussativum घातयति, a quo tamen ipsum vix descendit).

आचार् m. 1) iter in via calcata, ratio eundi. 2) ratio vivendi, mores. 3) boni mores vetusta consuetudine sanciti, observantia iuris antiqui, honestas, probitas. 70. 77. Manu I. 107. seqq. II. 6. 12. 18. (चर्).

आचार्य m. magister [illegible] est ad doctrinam

-यक m. idem. 67

आचित mfn. coope

आज्ञा f. iussus, p

आढ्य mfn. dives, a[illegible]

आर्ध्य a ऋध्, crescere, assimilato र्ध in ढ more Prakritico).

आणक mfn. exiguus. 11. (अणु, aff. अक per Vriddhim).

आतप m. lux solis, calor. (तप्).

आतपत्र n. umbraculum, quo defenditur lux solis. (Antec. et त्र affix. instrumenti). Tralate 63.

आतुर mfn. aegrotus, vexatus. 16. 20. (Derivant ab आ et तुर् pro त्वर् accelerare).

आत्मक mfn. in fine composs. indicat, suâ naturâ pertinere qualitatem, quae initio compositi ponitur, ad id, cui attribuitur adiectivum in आत्मक desinens. (आत्मन्).

आत्मज m. filius. (आत्मन् et जन्).

आत्मन् m. 1) anima, animus, mens. 2) Fungitur vice pronominis reflexivi et ad tres personas refertur; quae sit persona, pendet a subiecto. 34, 16. 58, 4. 12. est semetipsum; 84, 5. est temet ipsum; etc. 3) Hoc sensu etiam nominativo ponitur et pendet tum sensus ab instrum. enunciationis passivae, ut 33, 10. 4) Genitivus eodem modo munus habet pronominis possessivi trium personarum et reflectitur ad subiectum. 44. 55. Insigne addo exemplum, ubi genitivus hic ad dualem refertur: Râm. II, LXIV, 28. तं पुत्रमात्मनः स्पृष्ट्वा-निपेततुः। Ambo cecidere, postquam filium suum tetigerant. — 5) in fine composs. idem significat, atque आत्मक, q. cf. 30, 17.

आदर m. reverentia, veneratio, attentio. 43. (दृ r. 6.).

आदर्श m. speculum. 94. (दृश्).

आदि m. 1) initium. 48. 38. 2) in fin. composs. indicat, rem prius memoratam primum tenere locum in serie, cuius cetera membra subaudiunda sunt. 6. 11. 22. 29. 34. 41. huc pertinet इत्यादि, si initium tantum vel pars quaedam sententiae laudatur, proprie id, cuius *initium ita* audit. 39. etc. (आ et दा, ut आधि a धा, in se suscipere, incipere).

आदिक mfn. 1) initialis. 2) eodem sensu ponitur, atque anteced. No. 2). 25. 76. (Antec.)

आदित्य m. sol. (Aut ab आदि et त्य, affi mantur e praeposs. et adverbb. lo initium anni faciens vel a cuius const tium factum sit; pro mensium enim numero sol duodena nomina accipit et in duodenos *Âditjas* discernitur; primus Âditjas धातृ est, quo nomine Brahmâ, primigenius deorum, dicitur; Mahâbhâr. I. v. 2524. hunc deum solarem ab initio Âditjam dictum fuisse suspicor, nomine ad ceteros posthac extenso; aut vera est Indorum derivatio ab अदिति, quae est cunctorum deorum mater; est आदित्य etiam deus in universum).

आदिष्ट mfn. indicatus, iussus. — n. iussus. 67. (दिश्).

आदेश m. iussus. 14. 29. (दिश्).

आद्य mfn. primaevus. 71. (आदि).

आनन n. os, vultus. (अन्, praep. आ).

आनयन n. adductio. (नी).

आनुपूर्व्य adv. 98. Vid. 135. (आ-अनु-पर्व्).

आप् r. 5. आप्नोति, आप्नुते. 1) Attingere locum, pervenire ad. 2) adipisci

— c. अव attinger

— c. प्र pervenir

— c. वि pervade

— c. सं finem atti

आपत्ति f. calamitas,

आपद् f. calamitas. 32. 67. 96. (पद्).

आपन्न mfn. 1) adgressus, nactus. 2) illapsus, delapsus. 22. 24. 35. potissimum in calamitatem quandam; hinc

sine definitione calamitatis आपन्न, infelix, infortunatus, ut Vikram. ed. Lenz. 6, 16. (पद्).

आपीड m. coprolla, diadema. 39. (पीड्).

आप्य mfn. quod obtineri potest; *affinis* redditur 100. et neutrum substantive positum est; videtur potius esse auxilium accessibile. (आप्).

आभरण n. ornamentum. (भृ).

आमलक m. species Myrobali. 52. (Or. incert.).

आमोद् m. suaveolentia. 6. 65. 69. (मुद्).

आम्र m. Mangifera Indica. (Orig. inc.).

आम्रातक m. Spondias Mangifera. (Ab aut. ob similitudinem; ultima pars vocabuli obscura est).

आयत mfn. longus. (यम्).

आयतन n. altare, aut tectum, in quo altare. 6. (यत्, tendere, niti; videtur dictum ab inclinatione corporis in deis salutandis).

आयत्त mfn. submissus, subiectus. (यत्) 80. c. genit.

आयास m. labor, aerumna. 80. (यस्).

आयुध m. arma, ut telum, alia. (युध्).

आयुस् n. 1) aetas. 2. spatium vitae praedefinitum. (Orig. inc.; gramm. ab इ, ire).

आयुष mfn. longaevus. 57. (Ab antec.).

आयुष्मत् mfn. longaevus. Vox est, quae usurpatur in allocutione et implicat preces pro longaevitate eius, qui appellatur. 76. (Id.).

आरम्भ m. inceptum, conatus. 40. (रभ्).

आरूढ mfn. qui ascendit. 36. (रुह्).

आरोह् m. 1) ascensus. 2) statura corporis, in primis latus mulierum. 50. (रुह्).

आर्त्ति f. vexatio, tormentum. 25. (आ et अर्द्).

आर्दित mfn. vexatus. (आ et अर्द्).

आर्द्र mfn. humidus, madidus. 50. — fem. sexta mansio lunaris. 16. (Orig. incert.).

आर्य mfn. venerabilis; vox in allocutione usurpata. 68. — fem. -र्या sc. गीति, metri genus. 106. (Ab ऋ, ire et frequentandus forsitan primum valuit).

आलम्ब m. 1) inclinatio, actus superimpendendi. 2) id in quod inclinatur, fulcrum. 28. (लम्ब्).

आलय m. habitatio, domicilium. 27. 76. (ली).

आलाप m. allocutio, exhortatio. 53. 89. (German. Vorsprache). (लप्).

आलिङ्गन n. amplexus. 11. 25. 64. (लिङ्ग्).

आलोकन n. intuitus, aspectus. 87. (लोक्).

आलोहित mfn. rubicundus. 64. (आ diminut. et लो°).

आवह् mfn. advehens, secum portans. 5. 49. 52. (वह्).

आवास m. habitatio. 77. (वस्).

आविष्ट mfn. intratus, visitatus, possessus, praesertim affectu quodam captus. 41. 55. (विश्).

आविस् adv. palam; c. कृ manifestare. 97. (Orig. incert.).

आवृत mfn. coopertus. 64. (वृ).

आवृष्टि f. pluvia. 76. (वृष्).

आश m. cibus. 76.

आश्रय m. receptaculum. (श्री).

आशा f. spes. 29.

precari, abiecto

आश्रु mfn. celer.

आश्चर्य mfn. mirus, mirificus. — n. miraculum. 2. 6. (आस् forma praepos. आ adverb. et चर्, ad quod concurritur mirandi caussa).

आश्रम m. 1) locus requiescendi. 2) refugium, ut domus parentum. 32. 3) praecipue eremus anachoretarum. (श्रम्).
-पद n. idem (ant. adiecto पद).

आश्रय m. 1) aditio tutelae caussâ. 2) locus, quo refugitur, refugium, domicilium. 28. 32. 38. (श्रि).

आश्रित mfn. qui locum petit, praesertim tutelae caussa. 39. (श्रि).

आश्लेष m. amplexus. 11. (श्लिष् potius श्लिष्, Goth. *hlinkan*, flectere).

आस् r, 2. आस्ते 1) sedere, remanere in loco, morari, habitare. 4. 5. 43. 52. 56. — 2) actionem continuare, continuo facere, quo sensu additur आस् participio praes. act. verbi alius, ut 81. — part. praes. med. est आसीन. — c. अधि insidere, habitare, tenere, occupare, unde 92. de re litigio obnoxia, litigio implicata. — c. उप 1) assidere. 2) ministrare, colere, venerari.

आसक्त mfn. addictus, deditus. 38. 55. c. loc. 56. (सञ्ज्).

आसक्ति f. addictio. 40. (Id.).

आसङ्ग m. 1) adhaesio. 2) proximitas, contactio, coniunctio. 92. (Id.).

आसन n. sedes, sedile. (आस्).

आसव n. succus qui e plantis exprimitur, et fere semper id genus, quod e saccharo praeparatur. (*Rum*). 83. (सू, generare, quod in Vêdis dicitur de praeparatione tum *somae*, tum sacrificii cuiusvis).

आस्था f. 1) status, conditio. 39. 2) commoratio in loco et tralate mentis in re, respectus qui habetur rei. 80. (स्था).

आस्य n. 1) os. 2) vultus, facies. 100. 102. (Derivatio haud liquet).

आस्वाद् m. 1) gustatus. 67. 2) gustus rei proprius. 43. (स्वद्).

आहरण n. actus in se suscipiendi, recipiendi, quod 39. figuratim de impetu inebrianti dicitur. (हृ).

आहित mfn. intentus. 83. (हित a धा q. cf.).
आह्वय m. appellatio, invitatio. 64. (ह्वे).

## इ

इ thema pronominis demonstrativi, proxima indicantis Declinatio defectiva est et suppletur thematis अ, अन, इम. इ cum eis quae inde fluunt vocalae, ea quae ante oculos sunt, demonstrat, et in oratione proxime antecedentia.

इ r. 2. एति ire. 11.
— c. अति abire, praeterire, de tempore. 57.
— c. सम् et अति id. 57.
— c. अधि med. legere, libris sacris legendis operam navare. 87.
— c. अनु sequi. cf. अन्वित.
— c. अप abire. 77. cf. अपाय.
— c. अभि adire, accedere. 95.
— c. आ adire. 29. 77. ponitur etiam eodem sensu, quo simplex.
— c. सम् et आ convenire, congredi. 65.
— c. उत् emergere, oriri. cf. उदय.
— c. उप subire, a[illegible]
— c. परि circumire
— c. वि et परि pe
— c. प्र abire, mor
— c. अभि et प्र ob
— c. नि inire, co[illegible]
— c. निस् erumpere, provenire. 69.
— c. वि abire. cf. वीत 74. et व्यय.
— c. सम् convenire. 98. cf. समय.

इङ् r. 1. इङ्गति, se movere, se gestire, indicare gestu. 83. part.

इङ्गित nsn. unde n. gestus. 7. 8.

इच्छा f. desiderium. 29. 92. (इष्).

इच्छाचन m. homo, qui omnia iuxta desideria sua agit, libidinosus. 92. (Antec. et चन).

इत् particula, quae in Vêdis pronominibus additur. 147. proprie est neutrum them. इ. 137. 133. 102.

इतस् adv. loci, hinc, huc. 68. इतस्ततस्, huc illuc. 70. 74. (इ pron. et aff. तस्).

इति (ab इ et aff. ति; cf. कति, तति etc.). Proprie significasse videtur tantum, hactenus et usurpatur ad indicanda aut dicta aut cogitata, directo sermone proposita; et ad facta refertur, quae narratione explicata sunt; interdum additur verbum *dicendi* vel *cogitandi*, interdum इति ipsum talis verbi munere defungitur. इति seqq. debet sententiam a se significatam, poetae media nonnunquam interponunt orationi. Ad seqq. si trahitur इति, id contra usum est linguae solitum et vim etymi. De cogitt. 18, 9. 25, 6. 45, 9. 62, 7. 66, 5. 76, 7. de dictis: 42, 10. 44, 6. (तथा sc. अस्तु, ita sit, formula est assentiendi) 53, 14. 56, 12. De factt. 25, 15. Ad seqq. pertinet इति 8, 12. 45, 5.

इत्यादि id cuius initium sic audit, adverbialiter solet poni et addi sententiis, quarum verba tantum prima laudantur. 39. 40. 42. etc. (Cf. आदि).

इत्थं hinc in modum. 48. 59. Etiam haec partic. ad seqq. trahitur 39, 3. (इत् et aff. थं, ut कथं, posito इत् pro themate ipso इ).

इदं nom. et acc. neutr. sing. pronom. demonstrativi,

cuius thema est इ. Nom. masc. est अयं, fem. इयं; ceterorum casuum themata vide sub इ et in gramm. इद् in composs. munere thematis fungitur, licet proprie sit nom. sing. neutrius, addito अं. Cf. 137.

इदा adv. temporis obsoletum, hoc tempore. (इ et aff दा). Hinc aff. न.

इदान mfn. fem. ई, ad hoc tempus pertinens, praesens. Usurpatur tantum acc. sing. fem. इदानीं, nunc, in praesentiis.

इध् r. 7. इन्धे, urere. 101.

इन्दीवर n. nymphaea, lotus. 83.

इन्दु m. luna. (इन्द्र. cf. seq.) 72. (In Vêdis etiam humor).

इन्द्र m. Indras, princeps deorum minorum gentium; deus est aetheris, et quae in aethere agunt, nubium, pluviarum, tonitruum, fulminum; praesidet plagae mundi orientali, quae principalis est, quippe in qua exsurgat sol et renascatur dies. — 2) princeps, rex, dominus in universum, atque etiam in republica bestiarum. 39. 53. 65. 14. 45. 82. 145. (इन्द्रिय seq. demonstrat, इन्द्र ab origine significasse aerem, qui quum sensus varie afficiat, ab eo dicti sunt sensus ipsi. Rad. इन्द् 1. इन्दति a grammatic
tur इन्दु, humor, lu
humidum esse ad

इन्द्रवज्र m. n. nomen m

इन्द्राण्ण m. cannabi
ad 90, 10.).

इन्द्रिय n. sensus, tum quibus percipitur
etc.) tum quibus agitur (कर्मेन्द्रिय, manus, pedes etc.). (इन्द्र q. cf. et aff. इय).

इम thema pronom. demonstr. defect., quo suppletur इदं.

इला f. 102. per cibum redditur. Rad. इल् vel इड्. cf. p. 133. ceteroquin ignota.

इव part. comparationis 1) sicut. subiungi solet voci, cum qua fit comparatio; 24. 28. 43. 65. 99. 133. 2) additur aliis vocibus nimis figurate positis: quasi. 25, 10; 61, 16. 20; 63, 12; 73, 13; 95, 15. De discrimine inter इव et यथा cf. B'at't'ikâv. X, 30. 31. (A them. इ et aff. व, quod decurtatum videtur e वत्. q. cf.).

इष् r. 6. इच्छति, -ते, mittere. 102. vulgo emittere vota, desiderare. 4. 25. 49. 64. 75.

— c. अनु quaerere. 32.

— r. 1. एषते c. अनु. 82. id. cf. Râm. I, 3, 2. अन्वेषते.

इष् r. 4. इष्यति mittere. 133. part. इषित, impulsus, excitatus. 99.

— causs. एषयति c. प्र mittere. 10. c. not. (प्रेषयति, ut प्रेक्षति e प्र et ईक्षति. Sed forsitan इषयति. cf. mox seq. Alii ad इष् r. 4. ire referunt hoc causs.). ✓

इष् f. cibus. 133. 148. (इष्, desiderare?)

इष् r. 10. इषयति, cibo frui. 97. c. not. (Ab इष् cibus).

इष्ट mfn. desideratus, placens, gratus. 67. 78. (इष्).

